


HARVARD UNIVERSITY
ARNOLD ARBORETUM
PRESENTED BY CHARLES SPRAGUE SARGENT
1892





Jo. Berka del. et sc. Pragæ.

‡

FRANCISCI WILIBALDI SCHMIDT

AA. LL. & Philoſophiae Doctoris, in Vniuerſitate Pragenſi Botanices Philoſophicae Profeſſoris extraordinarii, Societatis Botanicae Ratisbonenſis et Societatis Scientiarum Bohemicae Socii

FLORA BOËMICA.

TOMVS PRIMVS.

Centuria I. ~~II. III. et IV.~~

Pragae, apud I. G. Calve.

FRANCISCI WILIBALDI SCHMIDT

AA. LL. & Philoſophiae Doctoris, in Vniuerſitate Pragenſi Botan. Philoſophicae Profeſſoris extraordinarii

FLORA BOËMICA

INCHOATA,

EXHIBENS

PLANTARVM

REGNI BOËMIAE INDIGENARVM

SPECIES.

Centuria prima.

Pragae, apud I. G. Calve,

1793.

SERENISSIMO AC POTENTISSIMO

ROMANORUM IMPERATORI

FRANCISCO SECUNDO,

SEMPER AUGUSTO,

REGI GERMANIÆ, HUNGARIÆ, BOËMIÆ, DALMATIÆ, CROATIÆ, SLAWONIÆ, GALLICIÆ, LODOMERIÆ, ET JEROSOLIMARUM, ARCHIDUCI AUSTRIÆ, DUCI BURGUNDIÆ, LOTHARINGIÆ, MAGNO DUCI HETRURIÆ, MAGNO PRINCIPI TRANSYLVANIÆ, DUCI MEDIOLANI, MANTUÆ, PARMÆ &c. &c.

AUGUSTISSIME ROMANORUM IMPERATOR,

GERMANIÆ, HUNGARIÆ, BOEMIÆ ET GALLICIÆ REX,

ARCHIDUX AUSTRIÆ!

Sacratissimum Majestatis TUÆ *Nomen Florae Boemicae ut praescribere vellem, mea in Patriae Patrem pietas suasit; ut auderem, augustus, quo haec studia prosequeris fauor, veniam fecit. Nihil enim aut Boemiae civi esse possit optatius, aut Naturae curioso gloriosius, atque* FRANCISCI SECUNDI *auspiciis in lucem prodire.*

De Boemorum ingeniis quam sentires praeclare, plurimis Benevolentiae Augustae significationibus quum alias semper palam fecisti, tum praecipue, quum semel ac iterum adhuc Princeps juventutis, tertium vero jam Rex noster Boemiam TUAM *adivisses.* TE *autem vel inter gravissimas regnorum curas penitiori plantarum cognitione plurimum teneri, si per secundam ejus rei famam dubitare licuisset unquam, omne nobis dubium exemisses, dum Eadem, quae pulcherrimorum* TIBI *studiorum socia est, comite Augustissima Conjuge, Comitis Canalii hortum suburbanum visisti non modo; sed & Maecenatis mei votis, de eo e Caesariis topiariis augendo, pro* TUA *in bonos cives pronissima voluntate, ultro subscripsisti.*

Non

Non eſt hujus loci pluribus commemorare, Auguſta Munificentia meos quoque progreſſus adjutos fuiſſe. Nam

in publica commoda peccem

ſi longo ſermone morer tua tempora.

Illud ſolum cum bonis omnibus vovere mihi liceat: ut adſerta quam primum Imperio, atque humanitati victricibus armis tranquillitate, Res Auſtriacas, quas moribus ſanctiſſimis jam inde a teneris ornabas, belli curis liber, legibus ſapientiſſimis per longiſſimam annorum ſeriem emendare pergas.

TUÆ CÆSAREÆ MAJESTATIS

Subditorum infimus
Franciſcus Wilibaldus Schmidt.

Non ideo aut patriam meam aliis regionibus velim praeferre, aut opus meum pro pleno et perfecto venditare: ab ea jactatione longe remotus sum. *Hall. in praef. ad hist. stirp. helv. Tom. II. p. XXII.*

PRAEFATIO.

Eminuit ſemper, inter celebriores Europae regiones Boëmia. Leges, inſtituta, mores et proprius cogitandi, ſentiendique genius incolarum Eam a terris vicinis non minus diſtinxit, ac exteros homines frequenti numero allexit. Hiſtoriis conſcribendis nullo non tempore ſeu flore, incrementove, ſeu viciſſitudinibus, adverſisque ſortibus ſuppeditavit argumenta. Naturae donis pene ad invidiam abundat. Magnam gentem et fortem Boëmorum, ingeniorum quoque praeſtabilium nunquam non fuiſſe feracem Patriam res liquida eſt. Populares de ſcientiis, artibus, agrorum cultu, metallorum foſſionibus, negotiatione, ac aliis moliminibus, quae ad neceſſitatem utilitatemque communem pertinent, praeclare merebantur; commoda publica exornarunt, amplificarunt, eorum pariter defenſioni ſervierunt indefeſſe. Reges habuit Boëmia et excellentes eruditione, et litteratorum fautores oppido largos. Carolum IV. tam litterarum, quam Patriae Patrem venerabundi ſuſpicimus, Ipſo enim rerum potiente, et tanti operis auſpice Pragae ſtudiorum univerſitas erecta, ſucceſſuque temporis pluribus litterarum emporiis Lipſienſi, Salisburgenſi etc. praebuit originem. Non defuerunt Boëmiae unquam Viri, qui Matheſim, Medicinam, Theologiam, Juriſprudentiam, Philoſophiam caeterasque diſciplinas egregie colerent; at minus adhuc in HISTORIA NATURALI praeſtitum fuit. Quamquam Boëmia finitimas terras donis Naturae mirum quantum ſuperet, cognitione nihilominus, curatiorique ſtudio his poſteriorem intuemur; ſequioris conditionis provinciae indicem naturalium, ut aimus, productorum exhibent, fertilis in hoc genere Boëmia nil tale protulit. Agatur itaque praeſenti FLORA iſtud, quod diu neglectum eſt. Conatus meus in eo verſabitur, ut ſingula plantarum individua, quorum non vilis in Boëmia cernitur annona, conſignentur. Prius vero quam id pertentem, oportet pauca de ſolo, quo tot habitant, aluntur plantae diſſeram.

Si quis limites, quibus provinciarum aliqua circumdetur, noſcat, profecto etiam ſitum provinciae hujus, quem illa in ſuperficie telluris obtinet, ſciat, neceſſe eſt; cognitio nihilominus iſta ſufficiens vix erit huic, cui proprietates ſimul climatis determinandi animus eſſet; climatis enim nomine, non illud diſcrimen ſolum, quod in dierum in- et decremento conſiſtit, intelligendum eſt, verum etiam, et quidem praecipue, gradus ille mixtionis, quem aër a lumine et tenebris, a calore et frigore, a ſiccitate denique et humore ſuſcipere cogitur, qui extra omne dubium, ſingulis fere terraquaei noſtri locis ſingularis et proprius eſt, noſcendus venit. Neminem profecto ſeculi hujus phyſicorum latet, cujuslibet climatis adeo eſſe multifarias, implicitasque cauſſas, ut limitatus hominis intellectus neque ex obſervationibus, neque etiam diurnis nocturnisque praeſeſumtis meditationibus et ſtudiis, omnes ſimul et ſemel comprehendere valeat; ſicut autem ſingulis ad ſingula determinanda nec vires, neque occaſio eſt, ita ab aliis mutuare ſudores, quos in hoc illove genere inſumſerunt alii, nulli erit dedecori aut honoris detrimento.

Pace igitur eorum, et venia, mihi facultas erit ea hic reſultata obſervationum proponendi, quae ad rem meam faciant; Regni igitur Boëmiae, cujus plantarum indigenarum centuriam primam orbi litterato propono, et limites geographicos, et eos, qui a

)(plurium

plurium annorum indefeſſis, et non interruptis pendent obſervationibus, hic attingere ſaltim oportet; primi quidem ab auſtro ad boream, qui *Latitudinis* nomine veniunt, collocantur a recentioribus inter gradum 48°, et 31′ uſque ad 51° 3′; ita ut Linea hæc differentiam in Latitudinem 2° 32′ contineat; *Longitudinis* vero diſcrimen a 29°, 46′ uſque ad 34° 32′, ſeu graduum 4 et minutorum 46; his omnino praemiſſis ſpatium in ſuperficie terraquei occupantis Boëmiae ſcimus, at quomodo ſolum conſtitutum ſit, adhucdum ignoramus; Boëmiam noſtram antiquiſſimis ſcriptoribus geographis notum fuiſſe nemo inficiabitur, quam praealtis cingi montibus, ſylvisque abundare, et amphitheatri ſpeciem referre, docebant univerſi; riphaeis enim ad ortum, quorum aliqui ſuis culminibus ſexcentas et ultra orgyas ſupra maris ſuperficiem aſcendunt, circumvallari, inter ortum et meridiem ſylva hercynia tegi, boream vero et zephyrum inter Boëmia ſylva, Ptolomaeo Gabreta ſive Sudeta appellata, concludi, ad meditullium in planitiem collibus mediocribus, ſerotinisque interrumpi et procurrere; mirumne? ſi in tanta planorum ad ſe invicem inclinatorum varietate, temperiei ſimul inſignis eaque amoena obtineat varietas et viciſſitudo? etiam varia ſit; ſi enim ut

- - - - - - - ſedem ipſa voluptas
Praga tuo fixiſſe ſinu, charitesque putantur.
Undique vicini viridi te vite coronant
Exterius montes, et laeta Bachus inumbrat
Vite ſuburbanos colles. Viridaria cultu
Inclyta, trinacrios in te complecteris hortos.
Aſſiduae tibi veris opes naſcuntur, et omne
Pomonae, floraeque genus, nemorumque comantum
Delicias, natamque domi ſpectare voluptam
Fas tibi perpetuo, Zephyri dum molle jocantes
Arboreas agitare umbras, et frontibus altis
Compeſcunt patrii flammas aeſtate Leonis.

Haec poëtae verba Pragam quidem ſolam reſpiciunt, quae omnino tanto fuſius aliis Boëmiae diſtrictibus adplicari poſſent; verum cum rei noſtrae non ita multum interſit, ut elogia a domeſticis et profanis conſerta, coacervemus, expediet magis ſingularia brevi attingere calamo, theoriam climatum concernentia. Caloris gradus medii ſcientia evidens, botanices ſtudioſis apprime eſt ſcitu neceſſaria, quoniam ex iſto ſumma graduum normalis facillime cognoſcitur, et character ſingulorum annorum determinatur; ſi ſcias e. gr. gradum tuo loco convenientem medium eſſe 7° aut 8° graduum, ſcies etiam ſummam mediam anni, loco tuo correſpondentem fuiſſe 2555° aut 2920°; quos inter diſcrimen habes 370°, ſeu jam exceſſum, ſive defectum in ſumma normali detegas, anomaliam ſimul detexiſti a theoria tua diſcrepantem, quam non niſi comparatione reliquarum obſervationum palam facturus es; menſes igitur menſibus; pluvias ſerenitati, ventos, eorundemque directiones, aut malaciae, aut vehementiae, electricitatem athmoſpherae poſitivo, vel negativo defectui, exceſſuique, aliaque ſimilia inter ſe conferas, et tum primum concludas eſt neceſſe; porro: gravitatem aëris menſibus competentem ſedulo ſcruteris, tempus ſuetum intenſitatis caloris, horas ſimul ſiccitatis, humoris, vehementiam fluxus aërei, et directionis varietatem notare vix omittes, ſi ad plantarum incrementum, decrementumque concludere volueris; haec niſi omnia et ſingula prae manibus habueris, niſi Calendarium naturae loci tui, animalium frequentius redeuntium ad unguem noveris; cauſſas vix aliquando dabis ſufficientes.

Sed

Sed hoc quanti ſit moliminis, quantique laboris, ii ſolum cordate dicent, qui ab annis, ſerie non modica conglomeratis, didiciſſe aſſueverunt, quid omnino ſit oneris, quid ſimul et deliciarum, veras et non veroſimiles ex obſervatis deducere ſequelas, rei ſuae nempe ſecuri; tales equidem tum Pragenſes, Planenſes, tum Schütenicenzes et Teplenſes omni anno hucuſque facere ſoliti, dolendum! quod Chotzenſes, Göttersdorfenſes et alii ſocietate hac inſtrumentorum adſtricti, apochas non ſubmittant, emolumentoque patriae tali ceſſatione a labore, plurimum officiant. Mihi omnino innuiſſe ſufficiat: Pragenſibus regii obſervatoris indefeſſis *Strnadii* curis uti, cujus fidei in his obſervationibus certe integerrimae dandum eſt, ut acta Societatis Boëmae palam faciunt; ſubſtruendum igitur ejus Barometri mediae altitudini, quam per annos tres et viginti conſtituit 27″ 3‴ 5 menſurae Pariſinae; evidens etiam calor medius loco conveniens determinatus eſt, 7°, 8 aëris liberi et Thermometri Reaumuriani ad umbram boream expoſiti; idem nobis in horto noſtro Canalio ventus dominans S W; eandem nobis humoris maximi in aeſtate 7 et hieme hora 8; ſiccitatis vero momentum inter quartam et quintam a meridie horam; quae vero plantis a me collectis in diverſis ad ſolem inclinatis planis ſitis, temperies ſit, ii ſcient, et conjicient, qui de diverſitate caloris, Hadleii, Mairani, Tobiae Maieri et aliorum theorias lectione ſibi familiares reddidere, et topographicas Boëmiae locorum deſcriptiones in Actis Societatis et aliis contentas luſtravere.

Haec erant quae Centuriae primae Plantarum Boëmicarum praefari volui. Cum Lectoribus hujus operis chorographicam notitiam plurium provinciarum non mediocrem concedam, etiam Regni noſtri ſitum vix ignotum habebunt. Geographici inſtar axiomatis certum eſt: Terraquei tractus hos, unde fluvii omnes in alios efluunt, altitudinem ſuperficiei terrae inſignem obtinere; plantae vero, quae non niſi in aliquibus regionibus et determinata temperie gaudere ſolent, iſtud tanto magis commonſtrant: ſi enim in provincia quadam calidiori plantarum aliquae in cacuminibus praealtorum montium reperiantur, quae non niſi borealioribus locis, aut ſolis alpibus domeſticae ſunt, profecto ipſo ſitu loci altitudo, ubi plantae hae gignuntur, determinari valet; cum repetiti caſus documento ſint: plantas easdem in montibus aequealte ſitis, reperiri; Forſterus omnino ad Terram de Fuego boreales plantas plures, Swartzius in montibus Jamaicae communes muſcos europaeos vidit, collegitque.

Situ, climate, plantis Boëmia peropportuna educandis jure pronunciatur. Quantum in hoc argumento profuerit domeſticis, ac alienis teſtis palma, quam ſyſtematis ergo ſexus, foecundationisque ducentis ante *Linnaeum* annis obtinuit Adamus Zaluziansky de Zaluzian Medicinae Doctor, ejusdemque in univerſitate Pragenſi Profeſſor. Omne punctum tulit P. A. Mathioli Herbarium M. D. LXIV editum, ſaepius recuſum, idiomate Boëmico, nec non teutonico. Quod ultra de hac materia dicam, non habeo. Vetuſtis novitatem, novis auctoritatem ſum daturus, ſi ſuaſero, ut diſſertationem Boëmicae ſcientiarum ſocietatis primam juxta et ſecundam perſcrutemini. Seriem operis mei excipite! Nemo ex immutabili dogmate claſſibus fixis, ordinibusque volumen a me praeſtoletur, cum ſit mihi conſtitutum plantam explanare nullam, niſi repetita vice inſpectam, tentatam atque probatam. Innixus huic ſententiae admodum concinnae *ſpecies* indicabo ſolum. Proinde Tomo primo *artificialia genera*: Circaea, Veronica, Orchis, Satyrium, Epipactis, Ophrys, Arachnites, Helleborine, et Serapias cum omnibus Boëmiae indigenis ſpeciebus continebuntur. Generis characterem ubique revidi, ac, ubi minus dilucidum adverti, notas adjeci;

)(2

ci; eodem quoque modo Diagnoſim ſpecierum petii e natura, cum Linnaeiana non ſemper mihi rei viſa ſit reſpondere. Synonymis parce utebar, iisque ſolum utebar, quae vel characteriſticam plantae exprimunt, vel ampliori deſcriptioni ſubjiciuntur —. Plantarum rariorum ſolum expreſſe indicatur, communium ſummatim. Obſervatio mea brevibus nunc notas interiores detegit, nunc ab aliis cognitas confirmat. Icones plantarum, quae ubi ubi noſtris oculis praebentur, ad calcem ſubjunxi.

Tabularum ſignificatio poſtquamque plantam, duo illa reſpicit praeſentis Florae exemplaria manu mea depicta, quorum alterum in muſaeo Comitis Malabaïla de Canal, alterum in Bibliotheca caeſ. reg. Univerſitatis conſervatur.

In deſignandis plantis Orchideis methodum propriam, alias inuſitatam ſequor. Cum finis omnium noſtrorum ſyſtematum, et artificialium generum eo tendat, ut memoriae ſuccurratur; plura artificialia genera a me proponuntur. Natura in his pulchritudinibus plantarum ſejunctionem haud patitur; atque ſyſtematica Methodus, Philoſophia hujus Methodi expoſcit illam; ſi clara preſſaque diſcernicula deſideremus. Quodſi anxius nimis iſthoc argumentum pertractavi, veniam profecto mereor, neque Haereſeos propterea in cultu botanices cenſeor accuſandus.

Supereſt, ut et eos honoris cauſſa et grati animi nominem, per quos profeci. Debeo plurimum Illuſtriſſimo Comiti *Joſepho Malabaïla de Canal*, cujus fultus patrocinio, et munificentia diverſos Boëmiae regiones luſtravi. Spectabilibus Viris *Mikan* et *Zauſchnero* ſumme colendis inſtitutoribus meis. Viris eruditiſſimis *Carolo Ungar* caeſ. reg. Bibliothecae Cuſtodi, *Mayero* Medico ac Regis Poloniae ſereniſſimi Conſiliario aulico, *Antonio Strnad* regiae Speculae Aſtronomiae Praefecto, qui libros ſingulari ac promta humanitate mecum communicavere. S. M. E. Pragenſis atque Strahovienſis Bibliothecae Cuſtodibus etiam, qui operam meam facta copia quum typis edita, tum ſcripta manu libros perluſtrandi egregie adjuverunt. Omnibus denique Amicis, quibus in acceptis refero ſymbolam, obſtrictiſſimum me profiteor.

Caeterum primam Centuriam, quiqui Florae devoti eſtis, aequi, bonique conſulatis; atque cogitetis hanc e floribus nexam fuiſſe coronam de tali regione, quae a multis celebrabatur quidem, non penitius cognoſcebatur, et quae pluribus aram dictae Deae muneribus poſthac exornabit. De conatu meo non oblique judicate; ſed vobis perſuadeatis velim, me illud egiſſe, quod immortalis Hallerus in praefatione ad Hiſtoriam Stirpium ſcribit: *Anxie ergo per omnes partes floris plantaeve quaeſivi, ut dilucidas diſcriminis notas detegerem. Numeroſa adeo exempla ejusdem ſtirpis, quoties licebat, conſului, ut et mutationes detegerem, quas aetas adfert, et quae uni exemplo deeſſent, id alia ſupplerent.* Valete ac favete!

Pragae, V. Idus Aprilis, M. D. CC. XCIII.

CIRCÆA. *Tab.* 1.

Calyx diphyllus ſuperus; Corolla dipetala; capſula bivalvis verſus apicem dehiſcens, diſſepimento exſtante.

I. CIRCÆA LUTETIANA. *Tab.* 2.

Circæa caule erecto, geniculato; foliis ovatis, dentatis; racemis pluribus; pedicellis floriferis patentibus, fructiferis reflexis.

Circæa caule erecto, racemis pluribus; foliis ovatis. *Linn. ſyſt.*

Circæa foliis ſubcordatis, ſubſerratis. *Hall. hiſt. helv. n.* 813.

Crescit in umbroſis udis nemoribus, nec non in montoſis ſylvis; florens Junio & Julio; maturans ſemina Auguſto & Septembri. *Perennis.*

Descripsit *Pollich. hiſt. n.* 5. *Hall. hiſt. belv. n.* 813 *Krok. Fl. Sileſ. n.* 8.

Icon *in Flora Danica, tab.* 256.

II. CIRCÆA INTERMEDIA. *Tab.* 3.

Circæa foliis ovato-cordatis acuminatis ſubrepandis dentatis glabris, racemis axillaribus terminali longioribus.

Circæa foliis ovato-cordatis acuminatis ſubrepandis dentatis glabris. *Hoſm. Fl. germ.* — *Ehrh. pl. exic.* 101.

Incolit loca uda montoſa ſylvatica. Floret Julio & Auguſto. Dat matura ſemina Septembri. *Perennis.*

Tota planta vix ſpithaminea, ſucculenta, lucida.

CIR-

III. CIRCÆA ALPINA. *Tab.* 4.

CIRCÆA foliis alternis, cordatis, dentatis, glabris; racemo terminali.

CIRCÆA caule proſtrato, racemo unico; foliis cordatis. *L.*

CIRCÆA foliis cordatis acute dentatis. *Hall. hiſt. helv. n.* 814.

Habitat locis udis in ſudetis & ſylva Bohemica; præſertim ad putridos truncos arborum vulgaris. Floret Julio & Auguſto; maturat ſemina Auguſto, Septembri. *Perennans.*

OBSERV. Dignoſcitur a præcedente Foliis alternis, & racemo unico. Caulis non ſemper proſtratus, ſed plerumque erectus, quare differentiam ſpecificam non largiri poteſt.

DESCRIP. *Hall. hiſt. l. c. Hænke.* Beobachtung auf einer Reiſe ins Rieſengebürg. S. 42. *Krok. Fl. Sileſ. n.* 9.

ICON. *Flor. Dan. t.* 210. *Krok. Fl. Sileſ. tab.* 1.

VE-

VERONICA. Tab. 5.

Calyx quadri — quinquepartitus, perſiſtens. Corolla rotata, limbo quadripartito; licinia infima anguſtiore. Capſula bilocularis compreſſa apice emarginata.

Observ. Corollæ tubus brevis in plurimis; in ſpicatis plerumque paulo longior; laciniæ limbi obtuſæ, aut acuminatæ. Calyx quadripartitus æqualis, aut inæqualis laciniis duabus longioribus; quinquepartitus æqualis aut inæqualis laciniis tribus minoribus, acuminatis aut obtuſis.

Capſula proportione, magnitudine & ſuperficie varia; ovalis, obcordata, orbicularis, baſi & apice emarginata, biloba, compreſſa. Semina ovalia, oblongiuſcula, rotunda; fuſca, pallida, nigra.

✲ *Spicis racemoſis.*

IV. VERONICA SPURIA. *Linn.* *Tab.* 6.

Veronica foliis ternis, lineari - lanceolatis ſimpliciter ſerratis; ſpicis racemoſis terminalibus, calycibus quadripartitis æqualibus.

Veronica ſpicis terminalibus, foliis ternis æqualiter ſerratis. *Lin.*

Habitat in paſcuis montoſis verſus Palatinatum. Floret Julio, Auguſto. *Perennis.*

Observ. Foliorum numerus variat; duo, tria, & quatuor; plerumque inferiora terna, ſuperiora bina; ceterum etiam inferiora quaterna, media terna, & reliqua bina.

Descrip. *Roth. Fl. germ. II. p. 5.*

Icon. *Jungh. icon. plant.*

V. VERONICA MARITIMA. *Tab.* 7.

Veronica foliis ternis lato - lanceolatis biſerratis; caule erecto; ſpicis racemoſis terminalibus; calycibus quadripartitis æqualibus.

Veronica ſpicis terminalibus; foliis ternis inæqualiter ſerratis. *Lin. ſyſt. p.* 58.

 Ha-

Habitat in pratis uliginosis ad Albim fluvium prope Melnik; ad Kummern, Seidschütz. Floret Julio, Augusto; dat matura semina Septembri. *Perennis.*

Observ. Folia latiora inferiora semper terna, reliqua etiam tantum bina opposita.

Descrip. *Mattuscha Flor. Siles. n.* 5. *Kroker Fl. Sil. n.* 11.

Icon. *Fl. Dan. tab.* 374.

VI. VERONICA LONGIFOLIA. *Tab.* 8.

Veronica foliis oppositis lanceolatis acuminatis serratis; caule erecto hirsuto; spicis racemosis terminalibus, Calycibus quadrifidis æqualibus.

Veronica spicis terminalibus, foliis oppositis lanceolatis, serratis acuminatis. *Linn. syst. p.* 58.

Habitat in pratis udis, ad Kummern & Seidschütz. Floret Julio, Augusto. *Perennis.*

Descript. *Roth. Fl. germ. II. p.* 7. *Cranz. Stirp. p.* 334.

Icon. *Baumgarten Fl. Lips. tab.* 1.

Observ. Foliis latioribus, angustioribusque nec non floribus albis occurrit.

VII. VERONICA SPICATA. *Tab.* 9.

Veronica foliis oppositis, crenatis, obtusis; caule ascendente simplici, spicis racemosis terminato; calycibus quinquefidus æqualibus.

Veronica spica terminali, foliis oppositis, crenatis, obtusis, caule adscendente simplicissimo. *Linn. syrt. p.* 58.

Veronica foliis ellipticis, serratis, conjugatis; floribus spicatis. *Hall. hist. helv. n.* 542.

Veronica orchidea. *Cranz. Stirp. p.* 333.

Crescit in pascuis montosis apricis. Circa Pragam in Stern, Podbaba, Baumgarten &c. Floret Julio, Augusto; ½ Septembris. Maturat semina in fine Septembris. *Perennans.*

Observ. Flores conferti subimbricati brevissime pedicellati, in spica cylindrica. Corollarum limbus non raro quinquefidus, staminibus tribus. Folia plus minusve hirsuta; ovato oblanga.

De-

Descript. *Pollich. hist.* n. 7. *Cranz.* l. c. *Roth. Fl. germ.* II. p. 8.

Icon. *Fl. dan.* t. 52. *Vaill. Botan. tab.* 33. f. 4.

VERONICA SPICATA ALPINA *Tab.* 10.

Veronica foliis oppofitis, oblongis, crenulatis, glabris; acutiufculis.

Habitat in pafcuis gramineis fudetorum. Floret Augufto. *Perennis.*

Singularis Varietas Veronicæ spicatæ, magnitudine biunciali; tota glaberrima. Folia radicalia, crenulata, caulina linearia integerrima; fpica racemofa ovato - oblonga.

VIII. VERONICA HYBRIDA. *Tab.* 11.

Veronica caule erecto, foliis oppofitis ovato - lanceolatis, obtufe ferratis, fcabris; fpicis racemofis terminalibus; calycibus quadrifidis æqualibus.

Veronica fpicis terminalibus; foliis oppofitis, obtufe ferratis, fcabris; caule erecto. *Linn.*

Crefcit in montofis gramineis ad undas Moldavæ fluvii prope Kœnigfaal. Floret Julio, Augufto; Septembri, dans femina. *Perennis.*

Observ. Pedunculi floribus longiores; fpicæ racemofæ, laxæ, plerumque duæ caulem terminant. Folia retrorfum fcabra.

Descript. *Roth Fl. germ.* II. p. 8. *Krok Fl. Silef.* n. 14.

IX. VERONICA INCANA. *Tab.* 12.

Veronica caule erecto tomentofo; foliis oppofitis, lanceolatis, obtufe ferratis, incanis; fpicis terminalibus, calycibus quadrifidis æqualibus, fubfeffilibus.

Veronica fpicis terminalibus, foliis oppofitis, crenatis, obtufis, caule erecto, tomentofo: *Linn.*

In montofis gramineis apricis ad Beraun fluvium non procul Tetin rariffima. Floret æftate. *Perennis.*

OBSERV. Diu hæſitavi, num revera hæc planta cum Linnæiana eadem ſit? cum illam Sibiriæ incolam non viderim; hanc ſub nomine Linnæiano propono.

Folia ſunt lanceolata, aliquando lineari-lanceolata, verſus baſim in petiolum attenuata, obtuſe ſerrata, accuminata; utraque pagina villo albo tomentoſa, ſubinde incana. Caulis erectus, teres, ſublingnoſus, incanus. Spica terminalis longa floribus imbricatis. Calyces ſubſeſſiles quadrifidi, laciniis æqualibus obtuſis, incanis. Corollæ limbo quadripartito, azureæ; laciniæ ovatæ acutæ, infima lineari; tubus longitudine laciniarum. Capſula ovalis.

An eadem, quam Krokerus in flora Sileſiaca n. 15. decripſit? Corollas quinquefidas non vidi.

X. VERONICA OFFICINALIS. *Tab.* 13.

VERONICA caule procumbente; foliis oppoſitis ovatis, obtuſe ſerratis, ſcabris; racemis axillaribus, calycibus quadrifidis æqualibus.

VERONICA ſpicis lateralibus pedunculatis, foliis oppoſitis, caule procumbente. *Lin.*

VERONICA caule decumbente, foliis ſcabris, petiolatis ovatis, ex alis racemoſa. *Hall. hiſt. helv. n.* 540.

Creſcit in nemoribus, & ſylvis montanis per totam Bohemiam. Floret a Junio uſque in Autumnum. *Perennis.*

OBSERV. Mirum eſt quantum facie variat & præcipuis attributis. Sæpiſſime plantas corollis multiplicatis vidi, & præſertim locis montoſis aſperis apriciſque.

XI. VERONICA ALLIONII. *Tab.* 14.

VERONICA foliis oppoſitis obovatis, glabris, caule fruticuloſo ſpicis repente racemoſis erectis axillaribus; calycibus quadrifidis æqualibus.

VERONICA repens ex alis ſpicata, foliis rotundis firmis glabris denticulatis. *Allion. Spec.* 1 *p.* 21. *tab.* 4.

VERONICA ſpicis lateralibus, terminalibuſque pedunculatis, foliis oppoſitis ſubrotundis glabris, caule procumbente ſtolonifero. *Ger. Fl. Gall. p.* 322. *n.* 2.

VERONICA caule repente fruticuloſo, ſpicis erectis, foliis glabris. *Vill. hiſt. Dauph II. p.* 8.

VERO-

VERONICA pyrenaica. *All. Fl. ped. n. 265. tab. 46. f. 3.*

Habitat in fummis jugis montium fylvæ Bohemiæ, locis apricis afperis. Floret Julio, Augufto. *Perennis.*

OBSERV. Caulis lingnofus, fruticulofus geniculatus, ex geniculis fibras terræ immittens; hirfutus.

Folia oppofita, breviter petiolata, obovata, obtufe ferrata, glabra. Spica terminalis folitaria, aut duæ oppofitæ axillares; ceterum ut in VER. OFFICINALI.

ICON *apud Allionium l. c.*

XII. VERONICA TOURNEFORTII. *Tab.* 15.

VERONICA foliis oppofitis rotundatis hirfutis; caule repente herbaceo; fpicis racemofis erectis; calycibus quadrifidis æqualibus.

VERONICA caule repente, fpicis erectis, foliis hirfutis. *Vill. hift. Dauph. II. p. 9*

VERONICA mas repens pyrenaica folio rotundo hirfuto. *Tournef. Schol. bot.* 46.

Crefcit in fummis jugis montium fudetorum, præfertim in monte Krkonos; rariffima. Floret Julio, Augufto. *Perennis.*

OBSERV. Caulis fublignofus herbaceus, repens, hirfutus.

Folia obovata, rotundata, acute ferata, hirfutiffima; fpicæ axillares & terminales.

Non perfuadeor Veron. Allionii & Tournefortii veras & diftinctas effe fpecies a Ver. officinali; cum hanc diverfo folo diverfo habitu confpexerim.

✲ ✲ *Floribus corymbofis.*

XIII. VERONICA APHYLLA. *Tab.* 16.

VERONICA foliis rotundis, rariter crenulatis; fcapo nudo corymbo terminali paucifloro; calycibus quadrifidis æqualibus.

VERONICA corymbo terminali, fcapo nudo. *Linn.*

VERONICA caule nudo, foliis ovatis, ſerratis, racemo paucifloro. *Hall. hiſt. helv. n.* 541.

VERONICA racemo terminali paucifloro, caule ſupra aphyllo, baſi tantum folioſo; foliis ovatis. *Shrank. Fl. Salish. n.* 12. *Flor. bavar. n.* 14.

Rariſſima plantula incolit ſumma juga ſpongioſa montium Bavariæ, præſertim Innergefüld. Floret Julio. *Perennis.*

OBSERV. Folia ſolum radicalia in roſulam congeſta, rotunda plerumque; ceterum etiam obovata, aut ovata integerrima, aut tenuiſſime crenulata; glabra, aut raris pilis hirſuta. Scapus plerumque triflorus. Radix repens.

DESCRIPT. *Hall. l. c. Cranz. ſtirp. Auſtr. p.* 336.

XIV. VERONICA BELLIDIOIDES. *Tab.* 17.

VERONICA caule aſcendente, foliis obovatis crenatis, hirſutis; corymbo terminali, calycibus hirſutis quadrifidis æqualibus.

VERONICA corymbo terminali, caule adſcendente diphyllo, foliis obtuſis, crenatis, calycibus hirſutis. *Linn.*

VERONICA caule ſimplici paucifloro, foliis ſcabris, ovatis ſerratis, ſpica pauciflora. *Hall. hiſt. helv. n.* 540. *tab.* 15. *f.* 1.

VERONICA caule ſimpliciſſimo aſcendente; foliis ovatis, ſerratis, hirſutis, caulinis oppoſitis, remotis; ſpica pauciflora. *Schrank. F. Salisb. n.* 6.

Habitat in ſudetis, in ſummo jugo, der Schneekoppe. Floret Julio, Auguſto; ſemina maturans Septembri. *Perennis.*

OBSERV. Folia caulina ſeſſilia ſemiamplexicaulia, ſubcuneiformia, rotundata; plerumque bijuga; crenulæ minutiſſime, vix conſpicuæ.

DESCRIPT. *Hall. l. c. Hænke* Beobacht. S. 116.

ICON. *Hall. hiſt. helv. tab.* 15. *f.* 1. *Krok. Fl. Sileſ. tab.* 2.

XV. VE-

XV. VERONICA ALPINA. *Tab.* 18.

Veronica foliis oppofitis, ovatis, obtufis, fubferratis, corymbo terminali, calycibus quadrifidis æqualibus villofis.

Veronica corymbo terminali, foliis oppofitis, calycibus hirfutis. *Lin. fyft.*

Veronica caule fimplici, foliis ovatis, glabris, fubferratis, fpica pauciflora. *Hall. hift. n.* 544. *tab.* 15. *f.* 2.

Veronica caule floribus terminato, foliis ovatis crenatis. *Fl. Lapp.* 7.

Veronica caule fimplici, foliis ovatis, fubferratis, fefe contingentibus; racemo terminali, paucifloro. *Schrank. Fl. Salisb. n.* 9.

Inhabitat fumma juga der Schneekoppe Sudetorum. Floret Julio, Augufto. *Perennis.*

Observ. Planta per ficcitatem nigra. Folia obtufa, glabra, plerumque autem villofa, fæpius approximata. Caulis ex decumbenti erectus. Corymbus ex ultimis foliis, quadri - quinqueflorus. Calyces villofi.

Descrip. *Hall. hift. hel. n.* 544.

Icon. *Hall. l. c. tab.* 15. *f.* 2. *Flor. Dan. t.* 16. *Flor. Lapp. tab.* 9. *f.* 4.

XVI. VERONICA INTEGRIFOLIA. *Tab.* 19.

Veronica foliis oppofitis acuminatis integerrimis; corymbo terminali, calycibus quadrifidis æqualibus hirfutis.

Veronica caule fimplici; foliis remotis, ovatis, mucronatis, integerrimis, ciliatis; corymbo terminali, paucifloro, hirfuto. *Schrank. Fl. Salisb. n.* 10.

Veronica Alpina. *Krok. Fl. Silef. n.* 28. *tab.* 3.

Incolit loca graminea Sudetorum bei dem kleinen Teich. Floret Julio, Augufto. *Perennis.*

Observ. Exficcatione nigra evadit. Caulis fimplex hirfutus. Folia acuminata margine ciliata. Corymbus magis hirfutus. Flores ex carneo cærulefcentes.

Descrip. *Schrank. l. c. Krok. l. c.*

Icon. *Kroker. l. c. t. 3.*

*** *Floribus racemosis, terminalibus.*

XVII. VERONICA FRUTICULOSA. *Tab. 20.*

Veronica foliis oppositis, lanceolatis, glabris, caule fruticuloso; racemo terminali; calycibus quadrifidis æqualibus.

Veronica corymbo terminali, foliis lanceolatis, obtusiusculis, crenatis, caulibus fruticulosis. *Linn. syst.*

Veronica caulibus fruticosis, declinatis, foliis glabris, ellipticis, dentatis, floribus in summitate confertis petiolatis. *Hall. hist. helv. n. 545.*

Veronica fruticans corymbo ex pedunculis axillaribus, longis, terminali; corollarum speciosarum umbilico purpurascente. *Cranz. Stirp. Austr. p. 339.*

Veronica racemo brevi terminali; caule fruticuloso; foliis caulinis oblongo-ovatis, oppositis: ramorum sterilium confertioribus, minoribus. *Schrank. Fl. Salisb. n. 7.*

Veronica saxatilis. *Scop. Fl. carn. n. 9.*

Rarissimam stirpem rhizophorus mihi in Sudetis dedit, & asseruit illam legisse in summo jugo der Schneekappe; ego nunquam ibidem vidi, licet indefesso animo per totam diem frustra quæsiverim. Floret Julio. Caulis hieme perdurans.

Observ. In nostra planta folia omnia erant integerrima; caules uno alterove ramulo sterili; flores speciosi purpurei in racemo paucifloro folioso; pedunculi foliis floralibus longiores. Capsulæ obcordatæ, villosæ.

Descript. *Jacq. collect. vol. 4. Hall. l. c.*

Icon. *Jacq. collect. l. c. tab. Hall. l. c. tab. 16.*

XVIII. VE-

XVIII. VERONICA ROTUNDIFOLIA. *Tab.* 21.

Veronica caule ſimplici repente, foliis oppoſitis, rotundatis, ſubſerratis, racemo terminali folioſo, calycibus quadrifidis, æqualibus.

Veronica caule ſimplici; racemo terminali, paucifloro: foliis floralibus, pedunculo brevioribus, caulinis infimis, orbiculatis, ſubintegris; ſuperioribus ovatis, ſubſerratis. *Schrank. Fl. Salisb. n.* 13. *Fig.* 2.

Creſcit in Sudetis; montibus Iſeræ majoris fluvii; montibus ad limites Bavariæ; locis turfoſis uliginoſis. Floret Junio, Julio, & Auguſto. *Perennis.*

Observ. Caulis ex procumbenti erectus, geniculatus, ad genicula radiculos terræ immittens.

Folia imfima ovalia, media orbicularia, ſuprema ovata. Folia floralia oblonga pedunculo ultra medium breviora.

Racemus pauciflorus, laxus; flores cæruleſcentes aut albi, venis atro purpureis ſtriati.

Descript. *Schrank. l. c.*

Icon. *Schrank. l. c.*

XIX. VERONICA SERPYLLIFOLIA. *Tab.* 22.

Veronica foliis ovatis oppoſitis, glabris crenatis; caule procumbente; racemis folioſis terminalibus; calycibus quadrifidis æqualibus.

Veronica racemo terminali ſubſpicato, foliis ovatis, glabris, crenatis. *L. ſyſt.*

Veronica caule erecto, foliis ovatis, glabris, crenatis, petiolis ex alis unifloris, breviſſimis. *Hall. hiſt. helv. n.* 546.

Veronica racemis terminalibus ſpiciformibus; foliis ovatis, glabris, oppoſitis, caule radicante. *Schrank. Fl. Salisb. n.* 14.

Vulgaris per totam Bohemiam, ad vias, foſſas, in pratis, arvis, ſylvis &c. Floret a vere uſque in autumnum. *Perennis.*

Observ. Planta polymorpha. Diverſo ſolo diverſiſſima. En varietates!

1) VERONICA caule ramofiffimo fucculento, foliis ovalibus magnis femiamplexicaulibus crenatis; floribus axillaribus breviffime pedunculatis folitariis.

Locis cultis, udis.

2) VERONICA caule afcendente; foliis ovatis, crenatis, racemis longis, laxis, pedunculis bracteis longioribus.

In pratis.

3) VERONICA caule procumbente, foliis oblongis crenatis; floribus longe pedunculatis.

Locis umbrofis ad radices montium.

4) VERONICA caule ex procumbente erecto, foliis remotis ovato-oblongis, integerrimis; floribus in racemo remotis, bracteis linearibus longitudine pedunculorum.

Locis gramineis montofis.

5) VERONICA caule bafi radicante, abhinc toto floribus onufto; foliis radicalibus rotundatis; floribus longe pedunculatis; calycibus corollam excedentibus; bracteis lanceolatis, obtufis.

Locis arenofis ad foffas.

6) VERONICA nummulariæfolia, foliis quaternis.

Locis udis arenofis.

DESCRIP. *Pollich. hift. n.* 9. *Cranz. Stirp. auft. p.* 342.

ICON. *Flor. dan. t.* 492. *Krok. Fl. Sil. t.* 4.

XX. VERONICA NEGLECTA. *Tab.* 23.

VERONICA foliis oppofitis ovatis, radicalibus crenatis petiolatis, caulinis fubfeffilibus integerrimis, caule fimplici erecto racemo terminato, calycibus quadrifidis æqualibus.

Habi-

Habitat in pratis turfofis ad Gottesgaab. Floret Junio & Julio. *Perennis.*

DESCRIPT. Caulis primum repens, ex geniculis radices fibrofas filiformes terræ immitens, tum erectus fimplex teres, folidus glaber.

Folia in parte repentis caulis erecta, obovata in petiolum decurrentia, acutiufcula, crenata, glabra, læte viridia, fubtus rubefcentia, nervo craffo percurfa; cætera caulina remotiora, plerumque trijuga, fubfeffilia, erecta, integra, glabra.

Racemus terminalis laxus.

Flores alterni. Bracteæ oblongæ pedunculis breviores.

Calyx & Corolla ut in antecedente.

Capfula obcordata.

OBSERV. Forfitan diu latebat fub VERONICA SERPYLLIFOLIA, a qua ex prædictis differt. Etiam cultura non mutavit.

XXI. VERONICA TENELLA. *Tab.* 24.

VERONICA foliis oppofitis rotundis crenulatis, caulibus procumbentibus; racemis terminalibus coarctatis; calycibus quadrifidis æqualibus.

VERONICA racemo terminali capitato, foliis rotundatis crenulatis. *Schm.* Verzeich. *in novis act. Bohem. I. p. 6. n. 5.*

VERONICA repens foliis rotundis crenulatis, ramis breviter racemofis. *Allion. Fl. Ped. n.* 272.

Incolit fumma juga montium Moldavæ fluvii. In locis modico gramine veftitis ad Malfchowitz in monte Drbakow. Floret Majo. *Perennis.*

OBSERV. Repens non eft. Caules plures ex radice fibrofa.

Folia rotunda in petiolum femiamplexicaulem attenuata. Cæterum differt a VER. SERPYLLIFOLIA floribus confertis & fere capitatis; foliis firmioribus, lævioribus.

DESCRIPT. *Allion. l. c.*

ICON. *Allion. l. c. tab.* 22. *f.* 1.

✲✲✲✲ *Floribus racemosis, lateralibus.*

XXII. VERONICA BECCABUNGA. *Tab.* 25.

VERONICA foliis rotundatis planis, carnosis, crenatis, caule repente; racemis lateralibus patulis, calycibus quadrifidis æqualibus.

VERONICA racemis lateralibus, foliis ovatis planis, caule repente. *Linn. syst.*

VERONICA foliis ovatis, serratis, glabris, ex alis racemosa. *Hall. hist. helv. n.* 534.

Vulgaris per totam Bohemiam ad rivulos, aquas, fossas. Floret Majo, Junio, Julio; Augusto maturans semina. *Perennis.*

OBSERV. Tota planta glaberrima, carnosa, succosa. Caulis basi radicans, cæterum ex procumbente erectus, purpureus. Racemi oppositi longi multiflori; pedunculi alternantes patuli. Variat magnitudine, & foliis integerrimis.

DESCRIPT. *Jollich. hist. n.* 10. *Cranz. Stirp. Austr. p.* 341.

ICON. *Flor. dan. t.* 511. *Plenk. icon. med. t.* 14.

XXIII. VERONICA TENERRIMA. *Tab.* 26.

VERONICA foliis ovatis, planis integerrimis; caule erecto; racemo terminali & axillari; calycibus quadrifidis æqualibus.

VERONICA racemis terminalibus binis, paucifloris; foliis ovato - oblongis integris. *Schm.* Bot. Beob. im May. phyſ. Aufſätz. 1. Th. *p.* 198.

Habitat in pratis uliginosis penes fluvium Moldavæ ad Pragam non procul a Castello Wischerad. Floret Julio. *Annua.*

DESCRIPT. Radix annua, tenerrima, fibrosa, fusca.

Caulis erectus, aliquando genu versus radicem infractus; imo etiam strictus, tener, teres, simplex, glaber, coloratus.

Folia opposita pauca plerumque duo paria; ovato - acuminata, integra, sessilia, enervia, nitida, subsucculenta, glabra, viridia, subtus rubore suffusa.

Caulis in racemos binos terminatur, quorum unus brevior plerumque aphyllus & ex axilla foliorum derivatur, alter autem quasi continuatus caulis elongatur, & duo aut quatuor foliola opposita ovato - acuminata gerit.

Racemi simplices, rari, pauciflori.

Pedun-

Pedunculus erectus, teres, tenerrimis, filiformis, glaber, viridis.

Calyx quadripartitus, perſiſtens, minutus; laciniæ æquales, lineares, acutæ.

Corolla rotata, decidua, quadripartita, lacinia infima anguſtiore, lineari, reliquis ovatis acutis; omnibus lucide cæruleis venis dilutioribus ſtriatis; tubus breviſſimus albidus aut aquoſe cæruleſcens.

Stamina duo.

Filamenta patentia, incurvata, tubo corollæ innata, albida.

Antheræ ſimplices, rotundatæ, carneæ.

Germen compreſſum obcordatum viride.

Stylus filiformis, perſiſtens, incurvus, albidus.

Stigma capitatum ſimplex.

Capſula obcordata, compreſſa, apice dehiſcens, bilocularis.

Semina plura, minuta, fuſca.

XXIV. VERONICA ANAGALLIS. *Tab.* 27.

VERONICA foliis ſeſſilibus, lanceolatis, ſerratis, caule erecto, racemis lateralibus erectis, calycibus quadrifidis æqualibus.

VERONICA racemis lateralibus, foliis lanceolatis ſerratis, caule erecto. *Lin. ſyſt.*

VERONICA foliis lanceolatis, ſerratis, glabris, ex alis racemoſa, *Hall. hiſt. helv. n.* 533.

Frequens per totam Bohemiam ad piſcinas, foſſas; in locis inundatis. Floret Majo, Junio, Julio. Dat matura ſemina æſtate.

OBSERV. Tota glaberrima & ſucculenta. Radix repens. Folia ſemiamplexicaulia, Caulis teres, obſolete anguloſus Racemi multiflori oppoſiti, floribus confertioribus erectis. Caulis, folia, & racemi rubicundi.

DESCRIPT. *Pollich. hiſt. n.* 11.

ICON. *Weinmann. Phytan. n.* 233. *b.*

Observ. Variat magnopere altitudine. Modo cubitalis & ultra; modo minima. Majores folia latiora habent, minores sublinearia, tamen omnia serrata. Corollæ color etiam inconstans; dilutius aut pallide cæruleus, etiam albus.

XXV. VERONICA SCUTELLATA. *Tab.* 28.

Veronica stolonifera, foliis lineari-lanceolatis integerrimis; caule anguloso, racemis lateralibus alternis; pedicellis pendulis; calycibus quadrifidis æqualibus.

Veronica racemis lateralibus alternis; pedicellis pendulis; foliis linearibus integerrimis. *Linn. syst.*

Veronica foliis lineari-lanceolatis, racemis ex alis paucifloris. *Hall. hist. helv. n.* 532.

Habitat in pratis uliginosis & inundatis totius Bohemiæ. Floret Junio, & Julio. *Perennis.*

Observ. Varietatem singularem ramosissimam & multo minorem in pratis montosis udis legi. Pedicelli post deflorescentiam sunt deflexi.

Descrip. *Pollich. hist. pal. n.* 12. *Cranz. stirp. aust. p.* 343.

Icon. *Flor. dan. tab.* 209.

XXVI. VERONICA TEUCRIUM. *Tab.* 29.

Veronica foliis cordato-lanceolatis, rugosis dentatis, obtusiusculis; caule erecto; racemis lateralibus longissimis; calycibus quinquefidis inæqualibus.

Veronica racemis lateralibus longissimis, foliis ovatis rugosis dentatis obtusiusculis, caulibus procumbentibus. *Linn. syst.*

Veronica foliis cordatis, retusis, nervosis, serratis, racemis longissimis. *Hall. hist. helv. n.* 537.

Veronica chamædrys. *Cranz. Stirp. Austr. p.* 347.

Veronica racemis apici lateralibus, longissimis; foliis ovatis, rugosis, obtusiusculis, oppositis; caule erecto. *Schrank. Flor. Salisb. n.* 21.

Habi-

Habitat in pratis montanis. Floret Junio, & Julio. *Perennis.*

OBSERV. Caulis ex procumbente erectus.

Folia sessilia plerumque cordato - lanceolata, rarius ovata, sæpius lanceolata, serrata, aut profundius dentata.

Racemi subspicati, longissimi. Flores subimbricati speciosi dilute cærulei.

DESCRIPT. *Pollich. hist. pal. n.* 13. *Cranz. l. c. Roth. Flor. germ. II. p.* 13.

ICON. *Plenk. icon. med. t.* 13.

XXVII. VERONICA PILOSA. *Tab.* 30.

VERONICA foliis cordato - ovatis, obtusis, dentatis, plicatis; caule erecto piloso; racemis lateralibus alternis, calycibus quadrifidis inæqualibus.

VERONICA racemis subspicatis, foliis ovatis, obtusis, plicatis, caule prostrato piloso. *Linn. syst.*

Incolit pascua montana. Auf der Kammeralherrschaft Zbirow in Holzschlägen. Floret Majo, Junio. *Perennis.*

OBSERV. Radix repens, ex geniculis fibras emittens.

Caulis plerumque erectus, longis, albis pilis vestitus.

Folia ovato - cordata, opposita, obtusa, plicata, profunde dentata, hirsuta; infima brevissime petiolata; reliqua sessilia.

Racemi axillares alterni, ante florescentiam subspicati, calycibus imbricatis; florentes laxi.

Calyces quadrifidi, laciniis duabus majoribus.

Bracteæ longitudine pedicellorum, lineares.

DESCRIPT. *Krok. Fl. Siles. n.* 26.

XXVIII. VERONICA PROSTRATA. *Tab.* 31. & 32.

VERONICA foliis fubfeffilibus oblongo - ovatis, obtufis, ferratis; caulibus proftratis; racemis lateralibus oppofitis; calycibus quinquefidis inæqualibus.

VERONICA racemis lateralibus, foliis oblongo - ovatis, ferratis; caulibus proftratis. *Linn. fyft.*

VERONICA foliis imis ellipticis dentatis, fupremis lanceolatis ex alis racemofa. *Hall. hift. helv. n.* 538.

VERONICA racemis lateralibus; foliis ovatis, rugofis, ferratis, fubfeffilibus: caulinis manifefte petiolatis, caule proftrato, undique pilofo: ramis affurgentibus. *Schrank. Fl. Salisb. n.* 20.

Crefcit in pafcuis apricis collinis; circa Pragam copiofe. Floret Majo, Junio. *Perennis.*

OBSERV. Caulis humiftratus, teres, fublignofus, plerumque ruffus, villo pubefcit.

Folia oppofita, profunde ferrata, potius dentata, fubtus pubefcentia, fupra glabra; inferiora breviffime petiolata.

Racemi ex alis foliorum; flores conferti imbricati.

Calyx quinquefidus, inæqualis, leviter pubefcit.

Corolla læte violacea, aut pallida, etiam alba, lineis faturatis picta.

DESCRIPT. *Pollich. hift. pal. n.* 15. *Krok. Fl. Sil. n.* 25.

XXIX. VERONICA MONTANA. *Tab.* 33.

VERONICA foliis petiolatis ovato - cordatis inæqualiter ferratis; caule debili repente; racemis lateralibus alternis raris; calycibus quadrifidis æqualibus hirfutis.

VERONICA racemis lateralibus paucifloris, calycibus hirfutis; foliis ovatis rugofis crenatis; caule debili. *Lin. fyft.*

VERONICA caule procumbente foliis hirfutis, cordatis, retufis, racemis paucifloris. *Hall. hift. helv. n.* 539.

VERONICA fubbifcutata. *Cranz. Sirp. Auftr. p.* 343.

Inco-

Incolit ſylvas montoſas uliginoſas, in montibus Iſeræ, Sudetis; ad Thermas Carolinas; ſylva Bohemica &c. Floret Majo, Junio. *Perennis.*

Observ. Tota planta terræ incumbit, & verſus baſin ex geniculis radicans, ceterum pilis mollibus undique hirſuta; folia ſubtus rubeſcunt.

Descrip. *Hoffm.* Deutſchlands *Flora. Jacq. Fl. auſtr. t.* 109. *Pollich. hiſt. pal. n.* 14. *Cranz. l. c.*

Icon. *Jacq. l. c.*

XXX. VERONICA CHAMÆDRYS. *Tab.* 34. & 35.

Veronica foliis ovatis, ſeſſilibus, rugoſis, dentatis; caule bifariam piloſo; racemis lateralibus oppoſitis, calycibus quadrifidis ſubæqualibus.

Veronica racemis lateralibus; foliis ovatis, ſeſſilibus, rugoſis, dentatis, caule bifariam piloſo. *Linn. ſyſt.*

Veronica foliis cordatis ſubrotundis, hirſutis, nervoſis, ex alis racemoſa. *Hall. hiſt. helv. n.* 536.

Frequentiſſima planta in pratis, paſcuis, pomariis, ſylvis, nemoribuſque. Floret a Majo uſque in Auguſtum. *Perennis.*

Observ. Magnopere varians obſervatur, & varietates ſequentes conſtitui poſſunt:

1) Veronica caule baſi repente, foliis ſubrotundis, obtuſis, ſubplicatis, glabris.

2) Veronica caule proſtrato villoſo, foliis ovato - lanceolatis, rugoſis, ſubtus hirſutis.

Corollæ albidæ lineis cæruleis ſtriatæ.

3) Veronica caule erecto, foliis rotundis profunde dentatis, ſubpinnatifidis, racemis paucifloris.

Corollæ carneæ, aut purpuraſcentes; pili foliorum breviſſimi.

4) Veronica foliis cordato - ovatis dentatis, hirſutiſſimis.

Corollæ ſaturate cæruleæ.

5) VERONICA caule erecto ruffo, foliis cordatis, crenatis, planis, subvillosis.

Corollæ albæ non striatæ.

Natura hic transit gradatim ex una specie ad alteram; quare differentiæ inter *Veronicam Chamædryn*, *Teucrium*, *prostratam*, & *pilosam* valde characteribus fragilibus sistuntur.

DESCRIP. *Pollich. hist. pal. n.* 16. *Cranz. stirp. aust. p.* 346. *Roth. Fl. germ. II. p.* 16.

ICON. *Flor. Dan. t.* 448.

XXXI. VERONICA DENTATA. *Tab.* 36. & 37.

VERONICA foliis oppositis lanceolato - linearibus, sessilibus, dentatis, acuminatis; caule ex procumbente erecto tereti; racemis lateralibus oppositis, calycibus quadrifidis inæqualibus.

Crescit in montosis asperis gramineis circa arcem Karlstein; in monte vulgo dicto wissoka hora. Floret Majo & Junio. *Perennis.*

DESCRIPT. Radix perennans sublignosa, fasciculata, fibrosa, fusca.

Caules plures basi procumbentes, ultra medium erecti, teretes, subramosi, glabri.

Folia alternatim opposita, lineari - lanceolata, sessilia, semiamplexicaulia, acute dentata, acuminata, glabra, supra læte viridia, subtus pallidiora.

Racemi ex alis foliorum oppositi. Pedunculus longus, teres, glaber; pedicelli longitudine calycis, singuli bractea lineari suffulti.

Calyx quadripartitus, viridis; laciniis linearibus, acutis; duabus longioribus & capsulam excedentibus, duabus internis brevioribus.

Corolla quadripartita dilute cærulea; laciniæ tres latæ acutæ, quarta infima angustior; tubus albidus.

Reliqua congenerum.

OBSERV. Vidi plantas toto caule procumbentes, ramosas; folia erant lanceolata, basi tantum dentata. Caulis supra racemos elongatus, gessitque folia linearia integerrima; sic & rami. Pedunculus debilis, racemus laxus.

XXXII. VE-

XXXII. VERONICA MULTIFIDA. *Tab.* 38.

VERONICA foliis oppoſitis, dentatis, pinnatifidiſque, caulinis ſeſſilibus, radicalibus petiolatis; caule erecto; racemis lateralibus oppoſitis; calycibus quinquefidis, ſubæqualibus.

VERONICA (Auſtriaca) racemis lateralibus; foliis lineari-lanceolatis, pinnato-dentatis. *Linn. ſyſt.*

VERONICA (multifida) racemis lateralibus, foliis multipartitis, laciniatis, caule erecto. *Linn. ſyſt.*

VERONICA Auſtriaca. *Krok. Fl. Sileſ. n.* 27.

Rariſſima planta creſcit in dumetis ad pratorum margines circa Pudvicium. Floret Majo, Junio.

OBSERV. Utraque planta VER. AUSTRIACA & MULTIFIDA Linnæi, eſt una eademque ſpecies, quod mihi in planta pluribus caulibus ex una eademque radice conſpicere licuit. Caulis unus geſſit folia lineari - lanceolata, profunde dentata, aut laciniata, alter pinnatifida; folia infima tamen in ntroque erant ovata, dentata. — Caulis pubeſcit.

Folia radicalia interdum longiſſimo petiolo inſtructa, laciniata, aut pinnatifida. Racemus denſus; pedunculus rubeſcens. Caulis poſt defloreſcentiam excreſcit.

DESCRIP. *Jacq. Fl. Auſtr. tab.* 329. *Krok. l. c.*

ICON. *Jacq. l. c.*

XXXIII. VERONICA URTICÆFOLIA. *Tab.* 39.

VERONICA foliis ſeſſilibus, ovato - lanceolatis, hirtis, acute ſerratis; caule erecto; racemis lateralibus oppoſitis; pedicellis fructiferis inflexis; calycibus quadrifidis æqualibus.

VERONICA foliis hirſutis, nervoſis, ſeſſilibus, cordatis, lanceolatis, ſerratis, floribus longe petiolatis. *Hall. hiſt. helv. n.* 535.

VERONICA racemis lateralibus, foliis ovato - lanceolatis, hirtis argute ſerratis, caule erecto. *Linn. ſyſt.*

VERONICA caule erecto; racemis lateralibus, foliis lanceolato - ovatis, dentatis. *Schrank. Fl. Salisb. n.* 16.

VERONICA pratenſis omnium maxima. *Buxbaum cent.* I. *tab.* 34.

In pratis montoſis verſus Bavariam; vulgo das Künigiſche Gebürg. Floret Junio, Julio. *Perennis.*

OBSERV. Planta habitu URTICÆ DIOICÆ. Racemi longi oppoſiti plerumque ſecundi. Pedicelli ſurſum incurvati, ut apex capſularum verſus pedunculum reſpiciat. Folia ſeſſilia ſemiamplexicaulia.

DESCRIPT. *Jacq. Flor. Auſtr. tab.* 59.

ICON *Jacq. l. c.*

XXXIV. VERONICA LATIFOLIA. *Tab.* 40.

VERONICA foliis cordato - ovatis ſeſſilibus, hirſutis inæqualiter dentatis; caule erecto, leviter tomentoſo; racemis lateralibus oppoſitis; calycibus quinquefidis inæqualibus.

VERONICA racemis lateralibus, foliis cordatis, rugoſis, dentatis; caule ſtricto. *Lin. ſyſt.*

VERONICA Pſeudo - chamædrys. *Jacq. Fl. tab.* 60.

VERONICA racemis lateralibus longiſſimis, foliis cordato - mucronatis, venoſis, rugoſis, dentatis; caule ſtricto. *Cranz. Stirp. Auſtr. p.* 348.

Creſcit in ſepibus circa Pragam. Auf den Strahoferberg und Lorenzberg. Floret Junio, Julio. *Perennis.*

OBSERV. Folia oppoſita lata, ſeſſilia ſemiamplexicaulia, hirſuta, inæqualiter dentata, imo profunde inciſa rugoſa. Caulis primo genu inflexus, demum ſtrictus craſſus. Racemi denſi, imbricati; bracteæ lineares interdum dentatæ.

DESCRIPT. *Jacq. l. c. Retz. obſerv. Faſc.* 1. *n.* 5. β. *Roth. Fl. Germ. II. p.* 17

ICON. *Jacq. l. c.*

XXXV.

XXXV. VERONICA FLORIDA. *Tab.* 41.

VERONICA foliis ovatis, ſubſeſſilibus, pubeſcentibus, æqualiter ſerratis; caule erecto bifariam hiſpido; racemis lateralibus oppoſitis, calycibus quadrifidis æqualibus.

Creſcit in collibus apricis ſaxoſis circa Pragam; in der Podbaba. Floret Julio & Auguſto. *Perennis.*

OBSERV. Caulis erectus VER. LATIFOLIÆ debilior, teres, bifariam hiſpidus.

Folia oppoſita breviſſime petiolata, tenuiſſimis pilis pubeſcentia, ovata; acuta, æqualiter ſerrata, rugoſa.

Ex ſupremis alis racemi quatuor oppoſiti, eodem tempore & omnibus floribus ſimul florentes.

Bracteæ lineares integerrimæ.

Calyces æquales quadrifidi corollis multo minores: laciniis linearibus acutis.

Differt igitur a VERONICA LATIFOLIA, cum qua primo aſpectu confunditur, characteribus in Diagnoſi jam nominatis.

DESCRIPT. *Retz. Obſerv. faſc.* 1. *n.* 5. *α.*

✲✲✲✲ *Floribus ſolitariis, lateralibus.*

XXXVI. VERONICA AGRESTIS. *Tab.* 42.

VERONICA foliis oppoſitis, alternisve, cordatis, crenatis, petiolatis; caule procumbente; pedunculis axillaribus longis; calycibus quadrifidis, æqualibus.

VERONICA floribus ſolitariis, foliis cordatis, inciſis pedunculo brevioribus. *Linn. ſyſt.*

VERONICA caule procumbente, foliis petiolatis, ovatis, crenatis. *Hall. hiſt. helv. n.* 549.

VERONICA floribus ſolitariis, ſparſis; foliis ſubcordatis, crenatis, quam pedunculi brevioribus; laciniis calycinis æqualibus. *Schrank. Fl. Saliſb. n.* 23.

VERONICA foliis cordatis inciſis, pedunculis, fructificantibus longioribus cernuis; calycibus baſi gibberis. *Cranz. Stirp. auſtr. p.* 349.

f 2 Vulga-

Vulgatiſſima in arvis & cultis per totam Bohemiam. Floret primo vere; interdum jam Februario & abhinc uſque in autumnum. *Annua.*

Observ. Caulis ramoſiſſimus decumbens, villoſus.

Folia cordato - ovata, obtuſa, pubeſcentia, longe petiolata; inferiora oppoſita, reliqua alternantia & in ala florem gerentia.

Flos pedunculo folio longiore inſtructo, erecto; fructifero nutante.

Calycis laciniæ ovatæ æquales.

Corolla calyce paulo major; laciniæ obtuſæ obovatæ: ſuperior dilute cærulea, duo laterales pallidiores, infima anguſta; omnes lineis ſaturatis ſtriatæ.

Varians obſervatur floribus albis.

Descript. *Roth. Fl. germ. II. p.* 18. *Pollich. hiſt. palat. n.* 17. *Cranz. ſtirp. auſt. l. c.*

Icon. *Flor. dan. t.* 449.

XXXVII. VERONICA ARVENSIS. *Tab.* 43.

Veronica foliis oppoſitis, floralibus alternis, cordatis crenatis ſubſeſſilibus; caule ex decumbente erecto; floribus axillaribus ſubſeſſilibus; calycibus quadrifidis inæqualibus.

Veronica floribus ſolitariis, foliis cordatis, inciſis, pedunculo longioribus. *Lin. ſyſt.*

Veronica caule erecto, foliis ovatis, ſubhirſutis, dentatis, petiolis breviſſimis. *Hall. hiſt. helv. n.* 648.

Veronica floribus ſolitariis, ſparſis; foliis cordatis, crenatis, pedunculos ſuperantibus, laciniis calycinis inæqualibus. *Schrank. Fl. Salisb. n.* 22.

Veronica foliis oppoſitis, cordatis, crenatis, floribus in caule virgato ſeſſilibus. *Cranz. ſtirp. auſtr. p.* 350.

Vulgaris in pratis ſiccis, arvis & cultis. Floret a Martio per æſtatem. *Annua.*

Observ. Caulis baſi procumbens in ramos oppoſitos diſcedens, demum erectus, teres hirſutus.

Folia

Folia (radicalia nulla unquam vidi) caulina, oppoſita, cordato - ovata, obtuſa, hirſuta, inferiora breviſſime petiolata, reliqua ſeſſilia; floralia approximata, alterna, erecta, flores abſcondentia, & quaſi imbricata.

Flores axillares vix petiolo inſtructi.

Calycis laciniæ duæ externæ majores internis. Corolla aquoſa cærulefcens.

Descript. *Roth. Flor. germ. II. p.* 19. *Pollich. hiſt. palat. n.* 18. *Cranz. l. c.*

Icon. *Flor. Dan. tab.* 515.

XXXVIII. VERONICA HEDERÆFOLIA. *Tab.* 44.

Veronica foliis alternis cordatis, obtuſis, tri - quinquelobis, petiolatis; caule decumbente; pedunculis axillaribus foliis longioribus; calycibus quadrifidis inæqualibus.

Veronica floribus ſolitariis, foliis cordatis, planis, quinquelobis. *Lin. ſyſt.*

Veronica caule procumbente, foliis lobatis, petiolatis, unifloris. *Hall. hiſt. helv. n.* 550.

Copioſe in cultis Bohemiæ. Floret primo vere in æſtatem uſque *Annua.*

Observ. Caulis ramoſus, teres, bifariam villoſus, coloratus.

Folia infima oppoſita, ovalia integerrima; reliqua alterna cordato - rotundata, carnoſa, plana, tribus aut quinque nervis percurſa, in tres aut quinque lobos obtuſos diviſa; petiolus longitudine folii ſupra canaliculatus.

Pedunculi ex alis foliorum, floriferi erecti, fructiferi deflexi, foliis longiores.

Calycis laciniæ duæ majores.

Corolla calyce minor purpurea.

Descrip. *Roth. Fl. germ. II. p.* 20. *Pollich. hiſt. palat. n.* 19.

Icon. *Flor. Dan. t.* 428.

XXXIX. VERONICA LAPPAGO. *Tab.* 45.

VERONICA foliis alternis, cordatis, acutiuſculis, tri - quinquelobis, petiolatis; caule erectiuſculo ramoſiſſimo; pedunculis axillaribus foliis brevioribus, calycibus tetraphyllis æqualibus.

VERONICA (hederifolia) foliis cordatis planis, calycis ſegmentis ſagittatis, ciliatis; fructu quadrangulo. *Cranz. ſtirp. Auſtr. p.* 350.

VERONICA LAPPAGO. Die Blüthen einzeln; die Blätter faſt keilförmig, 3 — 5eckig: die Ecken ſtumpfſpizig. *Schrank. Flor. Bav. n.* 28.

Morſus gallinæ folio hæderulæ. *Lobel. obſerv.* 247.

Habitat in ruderatis Bohemiæ. Floret toto vere. *Annua.*

OBSERV. Caulis baſi romoſiſſimus erectiuſculus; rami vix digitales, ſubangulati.

Folia inferiora oppoſita, reliqua alterna, tri - aut quinquelobata, lobis profundis, acutis; ceterum antecedenti ſemillima, purpuraſcentia ſubtus.

Pedunculi ex alis, foliis breviores; floriferi, erecti; fructiferi deflexi.

Calyces tetragoni, manifeſte ex quatuor foliolis cordatis, æqualibus conſtructi.

Corollæ calycibus minores.

DESCRIPT. *Cranz. l. c.*

ICON. *Lobel. l. c.*

XL. VERONICA CYMBALARIFOLIA. *Tab.* 46.

VERONICA foliis alternis quinque - ſemptemlobis, petiolatis; caulibus ſubrepentibus ramoſiſſimis; pedunculis axillaribus, erectis foliis æqualibus; calycibus tetraphyllis ſubæqualibus reflexis.

VERONICA (Buxbaumi) floribus ſolitariis, foliis ovato - oblongis inciſis, villoſis, pedunculo longioribus. Schmidt in Mayers phyſ. Auſſ. 1. Th. S. 187.

VERONICA cymbalarifolia. *Gmel. Fl. Tubing. p.* 6.

VERONICA cymbalariæ folio verna. *Berg. Fl. Francof. p.* 78. *Buxb. Fl. Halenſ. p.* 333.

VERO-

VERONICA chia cymbalariæ folio, verna, flore albo, umbilico virenſcente. *Buxb. cent.* 1. *p.* 25. *tab.* 39. *f.* 1.

Creſcit in locis ruderatis, hortis; circa Pragam non infrequens. Floret toto vere. *Annua.*

DESCRIPT. Radix debilis, fibroſa, annua.

Caulis teres, ſubrepens, ramoſiſſimus, pubeſcens.

Folia alternantia, ovato - oblonga, obtuſa, quinque - aut ſeptemlobata, petiolata, ſuperiori pagina villoſa, viridia, inferiori glabra, pallide vireſcentia. Petiolus ſemiteres ſupra canaliculatus.

Flores ſolitarii, ex alis foliorum oriuntur. Pedunculi teretes longitudine foliorum.

Calyx tetraphyllus tetragonus; foliola omnia manifeſte diſtincta, ſubæqualia, magna, lato - acuminata, retroflexa, viridia, pubeſcentia.

Corolla calyce minor, rotata, mox decidua, alba aut carnea, aut inconſtans cærulea, venis dilutioribus picta, annulo aut umbilico vireſcente; limbus quadripartitus, laciniis tribus cordatis acuminatis majoribus, una infima minore, & anguſtiore; tubus breviſſimus.

Filamenta duo incurvata, annulo adnata.

Antheræ exiguæ, albæ, fiſſæ.

Germen ſubcordatum, medio ſulcatum.

Stylus brevis, clavatus, albidus, ſtigmate obtuſo, incraſſato, rubeſcente.

Capſula bilocularis, ſubcordata, obtuſa, polyſperma.

Semina albida, rotundata, ex omnibus VER. Speciebus maxima.

Toto Habitu a Ver. hederifolia differt, & differentiæ ex deſcriptione patent.

XLI. VERONICA TRIPHYLLOS. *Tab.* 47.

VERONICA foliis carnoſis, digitato - tripartitis; caule ex decumbente erecto; floribus axillaribus longe pedunculatis; calycibus quadripartitis inæqualibus.

VERONICA floribus ſolitariis, foliis digitato - partitis, pedunculis calyce longioribus. *Linn. ſyſt.*

VERONICA foliis ovatis, tripartitis & quinquepartitis, floribus longe petiolatis. *Hall. hiſt. helv. n.* 551.

VERONICA foliis digitato - partitis; floribus ſolitariis in folioſorum capitulorum roſulis congeſtis. *Cranz. ſtirp. auſt. p.* 351.

Vulgatiſſima planta in agris & arvis. Floret ſub finem Martii, in Majum uſque. *Annua.*

OBSERV. Caulis baſi ramoſus, decumbens, ex purpureo viridis.

Folia caulina inferiora oppoſita, rara, quinquepartita, breviter petiolata; floralia alterna ſeſſilia tripartita, obtuſa, carnoſa, ſubtus purpuraſcentia, ſupra atrovirentia.

Pedunculi axillares longitudine foliorum.

Calyx profunde quadripartitus, inæqualis, coloratus; laciniis obtuſis.

Corolla magna, cyanea, per diem tantum florens, dum caduca.

Tota planta pubeſcit & viſcida eſt.

DESCRIP. *Roth. Fl. germ. II. p.* 22. *Pollich. hiſt. pal. n.* 20. *Cranz. ſtirp. auſtr. p.* 351.

ICON. *Flor. Dan. tab.* 627.

XLII. VERONICA VERNA. *Tab.* 48.

VERONICA foliis caulinis laciniatis; floralibus ſubintegris; caule erecto; floribus axillaribus breviter pedunculatis; calycibus tetraphyllis inæqualibus.

VERONICA floribus ſolitariis, foliis digitato - partitis, pedunculis calyce brevioribus. *Linn. ſyſt.*

VERONICA foliis ovatis, tripartitis & quinquepartitis, floribus breviſſime petiolatis. *Hall. hiſt. helv. n.* 552.

VERONICA (DILENII) foliis digitato - partitis; floribus ſolitariis ſpicatis, ſeſſilibus. *Cranz. ſtirp. Auſtr. p.* 352.

Creſcit

Crescit in ericetis aridis, aggeribus arenosis, montanis apricis. Prope Pragam auf dem Felsen der Podbaba. Floret Aprili & Majo. *Annua.*

OBSERV. Caulis erectus basi plerumque ramosus, leviter villosus.

Folia caulina opposita sessilia; infima ovata, dentata, in petiolum decurrentia, reliqua oblonga in quinque aut septem lacinias acutiusculas partita, atrovirentia, & subtus rubore perfussa, ceterum hirsuta. Folia floralia alterna, inferiora uno alterove dente notata, reliqua lineari-lanceolata, obtusa, integerrima.

Pedunculi ex alis foliorum vix longitudine calycis.

Calyx ex quatuor foliolis inæqualibus ovatis, acutiusculis, coloratus.

Corolla cyanea, annulo virescente.

DESCRIPT. *Pollich. hist. pal. n.* 21. *Roth. Fl. germ. II. p.* 22. *Cranz. stirp. Austr. p.* 352.

ICON. *Flor. Dan. tab.* 252.

XLIII. VERONICA SUCCULENTA. *Tab.* 49.

VERONICA foliis lanceolatis, profunde dentatis, carnosis; caule erecto ramoso; floribus axillaribus brevissime pedunculatis; calycibus quadripartitis æqualibus.

VERONICA floribus solitariis, foliis inferioribus dentatis, superioribus integris, calycibus corollam superantibus. *Schmidt. in nov. act. Bohem. p.* 6.

Habitat in pascuis montosis apricis ad Kœnigsaal. Floret Majo & Junio. *Ann.*

OBSERV. Confundi non debet cum VERONICA SUCCULENTA *Allion. Fl. ped. n.* 283. quæ certa tantum varietas VERONICÆ VERNÆ est; ut ipse Allionius in Auctario fatetur.

DESCRIPT. Radix subfusiformis, sublignosa, fibrosa, fusca, annua. Caulis basi inflexus, tunc erectus, imo strictus, teres, pubescens, purpurascens geniculatus, ex primo conjugatione foliorum plerumque ramum emittens, & præsertim ad flores ramosus.

Folia solum caulina, opposita; infima ovata, subintegra in petiolum decurrentia, reliqua sessilia, lanceolata, obtusiuscula, profunde dentata, dentibus recurvis; floralia alterna, conferta, lineari-lanceolata, integerrima; omnia atrovirentia subtus pallidiora & rubicunda, nervo crasso percursa, carnosa, succulenta, glabriuscula.

Flores ex alis foliorum breviſſime pedunculati, ſubſeſſiles.

Calyx quadripartitus; laciniis ovatis, acutiuſculis, æqualibus, coloratis.

Corolla cyanea ſe more congenerum habet.

Differentiæ a VERONICA VERNA *Linn.* & SUCCULENTA *Allion*: ex deſcriptione patent.

XLIV. VERONICA PRÆCOX. *Tab.* 50.

VERONICA foliis cordatis, ſeſſilibus, profunde dentatis; caule erecto, hirſuto, ramoſo; pedunculis folia adæquantibus; calycibus quadrifidis æqualibus.

VERONICA floribus ſolitariis, foliis cordatis profunde dentatis, pedunculis longitudine calycis, fructibus oblongis. *Allion. auct. ad Fl. Ped. p.* 5. *n.* 285. ✲

Habitat in rupibus ſaxoſis apricis ad St. Joannem ſub rupe; an dem groſſen Teich, wo der Fahrweg iſt. Floret ſub fine Aprilis; dans ſemina Majo. *Annua.*

OBSERV. Planta ſucculenta.

Radix ſubfuſiformis, fuſca fibris horizontalibus alternis.

Caulis erectus teres, hirſutus, ruffeſcens, ramoſus; rami oppoſiti, aſcendentes.

Folia oppoſita cordata, profunde dentata, acutiuſcula, craſſa, villoſa, atrovirentia, ſeſſilia; floralia alterna, remota, ſenſim anguſtiora, & minus dentata, ut ſumma lanceolata tridentata evadant.

Pedunculi longitudine foliorum teretes, graciles, villoſuli, erecti.

Calyx profunde quadrifidus, pubeſcens, longitudine corollæ; laciniis ovatis, acutis, apice coloratis.

Corolla violacea, eadem figura, ut in VER. TRIPHYLLOIDE.

Capſula obovata emarginata.

DESCRIP. *Allion. l. c.*

ICON. *Allion l. c. tab.* 1. *f.* 1.

XLV. VE-

XLV. VERONICA ROMANA. *Tab.* 51.

VERONICA foliis caulinis ſeſſilibus oppoſitis oblongis denticulatis; caule erecto; floribus axillaribus ſubſeſſilibus; calycibus quadrifidis æqualibus.

VERONICA floribus ſolitariis ſubſeſſilibus, foliis oblongis, ſubdentatis, caule erecto. *Lin. ſyſt. Schmidt in nov. act. Bob. p.* 7.

Habitat in paſcuis ſterilibus, & arvis montanis apricis circa Woſetſchan, & Raditſch. Floret Aprili, Majo. *Annua.*

OBSERV. Planta puſilla, gracilis, triuncialis.

Radix debilis, fibroſa, annua.

Caulis erectus, teres, glaber, ruffeſcens.

Folia radicalia in roſulam congeſta, ovato-oblonga, obſolete dentata, in petiolum brevem decurrentia; caulina, duo paria oppoſita, ſeſſilia denticulata; floralia, alterna remota integerrima.

Flores ex alis foliorum, breviſſime pedunculati, ſolitarii, pauci; vix ultra ſex.

Calyx profunde quadripartitus æqualis, ſubvilloſus, viridis; laciniis linearibus, acutis.

Corolla parva, alba aut pallide cæruleſcens, bilinearis diametri ſe more congenerum habet.

Capſula cordata, bilocularis; in quolibet loculo ſemen unicum.

Poſt defloreſcentiam pedicelli majores enaſcuntur.

DESCRIPT. *Allion. Fl. ped. n.* 289.

ICON. *Allion. l. c. tab.* 85. *f.* 2.

XLVI. VERONICA ACINIFOLIA. *Tab.* 52.

VERONICA foliis oppoſitis, ovatis, crenatis glabris; caule ſimplici erecto piloſo; floribus axillaribus pedunculatis, calycibus quadrifidis inæqualibus.

VERO-

VERONICA floribus ſolitariis pedunculatis, foliis ovatis, glabris, crenatis, caule erecto ſubpiloſo. *Linn. ſyſt.*

VERONICA floribus ſolitariis; pedunculatis, foliis ovatis, glabris, crenatis, caule ſubpiloſo. *Hall. hiſt. helv. n.* 547.

VERONICA minima, clinopodii minoris folio. *Vaill. Bot. p.* 201. *tab.* 33. *f.* 3.

Creſcit ad agrorum margines, vias. Floret Majo. *Annua.*

OBSERV. Radix exigua fibroſa; fuſca.

Caulis erectus, teres, manifeſte piloſus, variæ magnitudinis, digitalis & pedalis.

Folia caulina, radicalia nulla, oppoſita, ovata, crenata, obtuſa, breviter petiolata, longis intervallis diſtantia, glabra; floralia alterna, linearia, acuta, ſeſſilia, integerrima.

Flores in alis foliorum breviter pedunculati.

Calyx quadrifidus, laciniis duabus majoribus.

Corolla aquoſe cæruleſcens venis dilutioribus picta.

DESCRIPT. *Pollich. hiſt. pal. n.* 22. *Roth. Flor. germ. II. p.* 24.

ICON. *Vaillant. l. c.*

XLVII. VERONICA PEREGRINA. *Tab.* 53.

VERONICA foliis oppoſitis lanceolato - linearibus, obtuſis, integerrimis glabris; caule ſimplici erecto; floribus axillaribus ſeſſilibus; calycibus quadrifidis, æqualibus.

VERONICA floribus ſolitariis ſeſſilibus, foliis lanceolato - linearibus, glabris obtuſis integerrimis, caule erecto. *Linn. ſyſt.*

Creſcit rariſſima planta in arvis aridis circa Pragam ad Prokopiloch; etiam Pragæ in horto cæſareo ad viam legi. Floret Majo & Junio. *Annua*

OBSERV. Radix tenuis fibroſa ſordide alba.

Caulis

Caulis erectus, teres, ſimplex, glaber.

Folia caulina conjugata, ſeſſilia, lanceolato - linearia, obtuſa, integerrima, glabra; floralia diſita, alterna, linearia.

Calyces ſeſſiles in alis foliorum, uſque ad baſin, quadripartiti; laciniis linearibus, acuminatis, æqualibus.

Corollæ albæ aut cæruleæ vix calyce majores.

OBSERV. II. Nec in VERONICA ACINIFOLIA nec in VER. PEREGRINA caulem unquam ramoſum vidi; ſæpe caules ex una eademque radice duos, aut tres obſervavi.

DECSRIPT. *Linn. Fl. Svec. n.* 15. *edit.* 2. *n.* 24. *Krok. Flor. Sileſ. n.* 36.

ICON. *Flor. Dan. tab.* 407.

ORCHIS. *Tab.* 54.

Calyx quinquephyllus coloratus, ſuperus; foliis tribus exterioribus, duobus interioribus. Corolla monopetala bilabiata; labio ſuperiore erecto, breviſſimo fornicato, ſtamina recipiente; inferiore lato, patente, poſtice in tubum corniformem elongato. Germen contortum.

Observ. Convictus ratiociniis & obſervationibus plurimis in Orchidibus, malem a Linnæo conſuetam terminologiam adhibere; quum eo non adduci poſſim, ut, hos flores calycibus carere, & partem floris cornutam nectarium verum eſſe, credam. Imo cum celeber: Schrankio petala Linnæi, vera perianthii folia, & nectarium, veram corollam eſſe judico.

* *Bulbis indiviſis.*

XLVIII. ORCHIS BIFOLIA. *Tab.* 55.

Orchis calycinis foliis patentibus; corollæ tubo longiſſimo obliquo; labio lineari, acuto, integerrimo (*); ſcapo aphyllo angulato.

Orchis bulbis indiviſis, nectarii labio lanceolato integerrimo, cornu longiſſimo, petalis patentibus. *Lin. ſyſt. — Schmidt. orch.* in Map. phyſ. Aufſäß. 1 Th. *p.* 217.

Orchis radicibus oblongis, labello lineari. *Hall. hiſt. helv. n.* 1285.

Orchis radicibus oblongis, labello ligulato ſimpliciſſimo. *Hall. gen. orch. n.* 23.

Or-

*) Tum *labium* in orchideis dico, ſemper corollæ *labium inferius* volo.

Orchis bulbis indivisis; labio inferiore lanceolato, integerrimo; cornu praelongo; calycis foliolis lateralibus patentibus. *Schrank. Fl. Salis. n. 39.*

Habitat in nemoribus, pratis siccioribus sylvaticis, & in montanis. Circa Pragam copiose im Stern. Floret Junio & Julio. *Perennis.*

Observ. Radix. Bulbi duo ovati, carnosi, acuti, albi. Vagina radicalis acuta.

Scapus pedalis & ultra, angulatus, glaber; uno alterove foliolo lanceolato acuto sessili vestitus.

Folia radicalia duo vaginantia, lato - ovata, acuminata, integerrima, glaberrima. (*)

Spica laxa longa. Bracteae germinis longitudine, lanceolatae, acutae. Flores ex albo virescentes, odori.

Calyx foliis exterioribus patentibus, interioribus conniventibus.

Corollae labium inferius longitudine calycis, lineare, acutum, integerrimum, album apice virescente incrassato. Cornu longitudinem germinis bis excedit, obliquum, versus apicem incurvum.

Capsula erecta, torta.

Descript. *Hall. l. c. Cranz. stirp. austr. p. 504.*

Icon. *Flor. dan. tab. 235. Hall. hist. helv. tab. 35.*

XLIX. ORCHIS MONTANA. *Tab. 56.*

Orchis calycinis foliis patentibus; corollae tubo longissimo arcuato, labio lanceolato obtuso integerrimo; scapo folioso.

Orchis bifolia γ. *Schmidt orch.* in May. phys. Aufsäz. 1 Th. *p.* 217.

Orchis bifolia altissima. *Bauh. pin.* 83.

Habitat in summis montium jugis, lapidosis, apricis. In summo montis Jaschken prope Reichenberg; in summis montibus Ostrowitzensibus. Floret Junio & Julio. *Perennis.*

i 2 Observ.

*) Folia in omnibus mihi notis Orchidibus sunt integerrima, glaberrima, & sessilia.

Observ. Radix. Bulbi duo ovati, magni, carnofi, obtufi, albidi. Vagina radicalis truncata.

Caulis bi - tripedalis, foliofus, angulatus, glaber.

Folia radicalia duo oppofita lata, obovata in vaginam decurrentia; caulina ovato - lanceolata, alterna, femiamplexicaulia, tria aut quatuor, fenfim minora.

Spica longa laxa. Bracteæ germine breviores, ovato - lanceolatæ. Flores albi apicibus virefcentibus.

Calyx foliis duobus exterioribus lateralibus deflexis, fupremo latiori inclinato, apice reflexo; interioribus conniventibus.

Corollæ labium inferius foliis calycinis multo longius, lanceolatum, obtufum, dependens, album, apice incraffatum, flavefcens. Cornu longiffimum dependens arcuatum.

Capfula arcuata.

An fola Varietas Orch. bifoliæ? — Differt: 1. Bulbis obtufis; 2. vagina radicali truncata; 3. caule, nec fcapo; 4. foliis majoribus & latioribus; 5. bracteis germine brevioribus; 6. Labio lanceolato obtufo longiore. 7. cornu longiore arcuato; 8. capfula arcuata; 9. & omnibus attributis majoribus, craffioribufque.

L. ORCHIS PYRAMIDALIS. *Tab.* 57.

Orchis calycinis foliis duobus lateralibus patentibus; corollæ tubo, longiffimo; labio trifido integro.

Orchis bulbis indivifis; nectarii labio, bicorni trifido, æquali integerrimo; cornu longo, petalis fublanceolatis. *Linn. fyft.* — *Schmidt orch. p.* 218.

Orchis radicibus fubrotundis, fpica denfa, calcare longiffimo, labello bicorni, æqualiter tripartito. *Hall. hift. helv. n.* 1286. *Gen. orchid. n.* 24.

Orchis bulbis indivifis; labio inferiore trifido; laciniis integerrimis; cornu longiffimo; calycis foliolis lanceolatis. *Schrank. Fl. Salisb. n.* 43.

Habitat in montanis. Circa Reichenberg verfus Reinowitz; in montanis udis Moldavæ non procul Slapp, in der Slapper Buki. Floret Majo, Junio. *Perennis.*

Observ.

Observ. Radix. Bulbi duo rotundati, ſordide albidi. Vagina radicalis, oblique truncata, pallida.

Caulis cubitalis erectus, ſemiteres, ſubfiſtuloſus.

Folia radicalia & caulina vaginantia, lato - lanceolata, acuminata.

Spica denſa, conica. Bracteæ longitudine germinis. Flores purpurei.

Calyx foliis lanceolatis, tribus ſuperioribus conniventibus; duobus lateralibus patentibus.

Corollæ labium inferius dependens, planum æqualiter trifidum, laciniis integerrimis. Cornu duplo germine longius dependens curvatum.

Descript. *Hall. l. c. Jacq. Fl. auſtr. t.* 226. *Cranz. ſtirp. auſtr. p.* 506.

Icon. *Jacq. l. c. Hall. l. c. tab.* 35.

LI. ORCHIS GLOBOSA. *Tab.* 58.

Orchis calycis foliis apice ſubulatis patentibus; corolla reſupinata; tubo brevi; labio trifido, lacinia media tridentata.

Orchis bulbis indiviſis, nectarii labio reſupinato trifido: media emarginata; cornui brevi, petalis apice ſubulatis. *Linn. ſyſt. — Schmidt orch. p.* 220.

Orchis radicibus ſubrotundis; ſpica denſiſſima, petalis exterioribus ariſtatis. *Hall. hiſt. helv. n.* 1272. *Gen. orch. n.* 10.

Orchis bulbis indiviſis, labio inferiore trifido: lacinia media emarginata cum acumine; cornu brevi, calycis foliolis apice linearibus. *Schrank. Fl. Saliſ. n.* 40.

Orchis Halleri. *Cranz. ſtirp. auſtr. p.* 488.

Incolit prata montana; prope Reichenberg verſus Friedrichswalde, rara. Floret Junio, Julio. *Perennis.*

Observ. Radix. Bulbi duo ſolidi ſubconici, flaveſcentes. Vaginæ radicales duo, oblique truncatæ, una alteram includens, inferior fuſca.

Caulis teres, ſtrictus, firmus, folioſus.

Folia vaginantia alterna, lanceolata, pruinoſa.

Spica confertiſſima, brevis, pyramidalis, aut ovata, aut abrupta floribus fere corymboſis. Bracteæ longitudine germinis. Flores roſei, aut luteſcentes.

Calyx foliis ovatis apice caudatis, incraſſatis, patulis.

Corollæ labium latum reſupinatum, verſus ſpicæ finem reſpicit, ceterum trifidum, lacinia media dentibus tribus notata, quorum duo laterales obtuſi, medius paululum productior & acutus. Cornu breve obtuſum.

Descript. *Jacq. Fl. Auſtr. tab.* 265. *Hall. l. c. Cranz. l. c.*

Icon. *Jacq. l. c. Hall. l. c. tab.* 27.

LII. ORCHIS CORIOPHORA. *Tab.* 59.

Orchis calycis foliis conniventibus; corollæ tubo brevi; labio trifido, crenato, lateribus reflexo.

Orchis radicibus ſubrotundis, galea connivente, labello trifido reflexo. *Hall. hiſt. helv. n.* 1284. *Gen. orch. n.* 19.

Orchis bulbis indiviſis; labio trifido, reflexo, crenato; cornu brevi; foliolis calycinis conniventibus. *Schrank. Fl. ſalisb. n.* 41.

Orchis cimicina. *Cranz. ſtirp. auſtr. p.* 498.

Habitat in pratis udis. Circa Thermas Carolinas copioſe. Floret Junio, Julio. *Perennis.*

Observ. Radix. Bulbi duo rotundi ſubvilloſi, celuloſi, pallide flaventes. Vaginæ radicales acutæ.

Caulis ſtrictus, angulatus, ſolidus, pedalis, etiam minor.

Folia radicalia longa lineari-lanceolata, in vaginam decurrentia; caulina vaginantia, intumida, caulem inveſtientia.

Spica oblonga denſa. Bracteæ coloratæ longitudine germinis. Flores ex viridi rufeſcentes, cimicum odorem ingratum ſpirantes.

Calyx foliis concavis omnibus conniventibus in galeam, ex viridi purpuraſcentibus.

Corol-

Corollæ labium inferius trifidum lacinia media productiore obtusa, lateribus reflexis, truncatis; fuscum, interdum punctis scabrum. Cornu intumidum, curvum, vix medietatem germinis adæquat.

Capsula apice attenuata, incurvata.

DESCRIPT. *Jacq. Flor. Austr. tab.* 122. *Hall. l. c. Cranz. l. c.*

ICON. *Jacq. l. c. Hall. l. c. tab.* 34.

LIII. ORCHIS MORIO. *Tab.* 60. & 61.

ORCHIS calycis foliis obtusis conniventibus; corollæ tubo adscendente obtuso; labio quadrifido crenulato, reflexo.

ORCHIS bulbis indivisis; nectarii labio quadrifido crenulato; cornu obtuso adscendente, petalis obtusis conniventibus. *Lin. syst.* — *Schmidt. orch. p.* 221.

ORCHIS radicibus subrotundis, galeæ petalis lineatis, labello trifido, crenato, medio segmento emarginato. *Hall. hist. helv. n.* 1282. *Gen. orch. n.* 16.

ORCHIS bulbis indivisis; labio inferiore quadrifido; laciniis subæqualibus, crenato-sinuatis; cornu obtuso; foliolis calycinis patulis. *Schrank. Flor. salisb. n.* 42.

Vulgatissima in pascuis sylvestribus, montosisque pratis. Floret sub finem Aprilis in Junium usque. *Perennis.*

OBSERV. Radix. Bulbi duo rotundi spongiosi, albidi. Vagina radicalis oblique truncata, brevis.

Caulis strictus, teres, fistulosus, foliosus; in spica angulatus.

Folia radicalia lineari-lanceolata; terræ incumbentia, in rosulam posita; caulina vaginantia, ventricosa, unum alterum involvens; ultimum truncatum.

Spica modo conferta, modo laxa & rara oblonga. Bracteæ coloratæ germine paulo longiores. Flores purpurei, rosei, carnei, albi, & ex viridi purpureo alboque variegati.

Calyx foliis ovatis, obtusis, coloratis, striatis, in galeam conniventibus; quorum duo tamen lateralia exteriora modicum distant.

Corollæ labium inferius obsolete quadrifidum latum; imo potius bilobum, lobis crenulato-sinuatis reflexis; dependens, purpureum, medio album & punctis dilutioribus pictum.

Descript. *Hall. l. c. Cranz. ſtirp. auſtr. p.* 499.

Icon. *Hall. l. c. tab.* 33. *Flor. dan. tab.* 253.

LIV. ORCHIS LAXIFLORA. *Tab.* 62.

Orchis calycis foliis acutis reflexis; corollæ tubo germine longiore; labio trifido, crenulato.

Orchis bulbis indiviſis, petalis reflexis, nectarii labio trifido crenato, cornu germine longiore. *Schmidt. orch. p.* 222.

Orchis radicibus ſubrotundis, petalis reflexis, nectarii labio bilobo, crenato, foliis enſiformibus. *Villars Fl. Delph. II. p.* 29. *n.* 7.

Orchis laxiflora. *La Mark. Fl. Franc. III.* 504.

Habitat in paſcuis aſperis montoſis, nemoribuſque lapidoſis; prope Beraun. Floret Majo. *Perennis.*

Observ. Radix. Bulbi duo rotundi, ſolidi, pubeſcentes, ſordide pallidi. Vagina radicalis acuminata.

Caulis ſtrictus angulatus, ſolidus, folioſus.

Folia lanceolata ad baſim vaginantia, caulina erecta, radicalia decumbentia.

Spica laxa, rara. Bracteæ coloratæ longitudine germinis; flores purpuraſcentes, ad ſex.

Calycis folia ovata, acuminata, ſtriata, duo interiora conniventia; exteriora reflexa.

Corollæ labium dependens latum, obtuſum, crenulatum, trifidum; laciniis duabus lateralibus latis reflexis; media anguſtiore, minore, obſolete emarginata, & dilutioribus punctis picta. Cornu germine paulo longius obliquum, curvum, in apicem obtuſum attenuatum.

LV. ORCHIS PALUSTRIS. *Tab.* 63.

Orchis calycis foliis obtuſis, exterioribus patulis; corollæ tubo obtuſo; labio trifido, integro.

Or-

Orchis bulbis indivifis; nectarii labio trifido integro; cornu brevi obtufo; patalis erectis, interioribus conniventibus. *Schmidt. orch. p.* 223.

Orchis (palustris,) bulbis indivifis; nectarii labio inverfe triangulari, apice obiter trilobo; lobis rotundatis, medio emarginato; cornu obtufo; petalis obtufis, exterioribus patulis. *Jacq. icon rar.* 181.

Orchis palustris. *Jacq. collect.* 1. *p.* 75.

Orchis mascula. *Cranz. ftirp. auftr. p.* 500.

Habitat rariffima planta in pratis uliginofis Circuli Klattovienfis ad pifcinas inter Thyphas & Arundines; etiam in prato paludofo, vix fine fubmerfionis periculo adeundo, vulgò dicto Jfertwiefe. Floret Junio & Julio. *Perez.*

Observ. Radix. Bulbi duo folidi, ovati, pallide ochracei. Vagina radicalis elongata acuminata pallide ochracea.

Caulis ftrictus angulatus, fiftulofus, foliofus, in fpica flexuofus.

Folia bafi vaginantia, longa, linearia, fubenfiformia, acuminata, canaliculata.

Spica laxa. Bracteæ lanceolatæ apice coloratæ, longitudinem germinis adæquant. Flores carnei.

Calyx foliis oblongis, obtufis; exterioribus erecto-patulis; interioribus conniventibus.

Corollæ labium dependens planum, inverfe triangulare, apice trilobum integrum; lobis lateralibus rotundatis, medio anguftiore, & minore emarginato. Cornu obtufum germine paulo brevius.

Capfula erecta.

Descrip. *Jacq. l. c. Cranz. l. c.*

Icon. *Jacq. icon. rar. vol.* 1.

LVI. ORCHIS MASCULA. *Tab.* 64.

Orchis calycis foliis lanceolatis, exterioribus reflexis; corollæ tubo obtufo, obliquo; labio quadrilobo crenulato.

ORCHIS bulbis indivisis, nectarii labio quadrilobo crenulato; cornu obtuso, petalis dorsalibus reflexis. *Linn. syst.* — *Schmidt orch. p.* 223.

ORCHIS radicibus subrotundis, petalis lateralibus reflexis, labello trifido, segmento medio longiori bifido. *Hall. hist. helv. n.* 1283. *Gen. orch. n.* 18.

Habitat in pratis montanis Bohemiæ. Copiose circa Thermas Carolinas & ad Gottesgab. Foret Majo, Junio. *Perennis.*

OBSERV. Radix. Bulbi duo ovato-oblongi, solidi, farinosi, ex albido flavicantes. Vaginæ radicales acuminatæ.

Caulis strictus, teres lævis, in spica angulatus.

Folia radicalia, oblonga, lata, obtusa, basi vaginantia, & purpureis punctis picta; reliqua totum caulem vaginantia.

Spica longa, laxa. Bracteæ germinis longitudine, coloratæ. Flores speciosi, purpurei.

Calyx foliis lanceolatis, acutis, purpureis; tria exteriora reflexa, duo interiora conniventia, pallidiora.

Corollæ labium inferius latum, dependens, violaceum, stricte trilobum; lobis rotundatis, crenulatis; medio productiori, latiori, bifido. Cornu obliquum, longitudine germinis, apice intumidum, obtusum & incurvum.

DESCRIPT. *Jacq. miscel.* 2. *p.* 375. *Hall. l. c.*

ICON. *Hall. l. c. tab.* 33. *Jacq. icon. rar. vol.* 1.

OBSERV. II. Aliam ORCHIDEM, quam olim pro distincta specie habui, & nunc meliora edoctus, pro sola varietate ORCH. MASCULÆ agnosco, hic propono; est.

ORCHIS OVALIS. *Tab.* 65.

ORCHIS calycis foliis duobus lateralibus erecto-patentibus, reliquis conniventibus; corollæ tubo subascendente; labio trilobo integro, lobo medio emarginato.

ORCHIS bulbis indivisis; nectarii labio trilobo, lacinia intermedia obsolete emarginata subcrenulata; cornu longitudine germinis adscendente obtuso; petalis dorsalibus reflexis. *Schmidt orch. p.* 224. *Tab. Fig.* 1.

Habitat

Habitat in pratis ſubalpinis Sudetorum; & ad Gottesgaab. Floret Junio, & Julio. *Perennis.*

Observ. Radix. Bulbi duo ovati, ſolidi, ſordide albi. Vaginæ radicales breviſſimæ, ſemiamplexicaules.

Caulis bipedalis & altior, ſtrictus, craſſus, verſus ſpicam punctis purpureis pictus.

Folia radicalia, lata, ovalia, rotundata, plana, in vaginam decurrentia caulina vaginantia, acuta.

Spica ſpecioſa, ſpithaminea, laxa. Bracteæ germine paulo minores, coloratæ. Flores purpurei.

Calyx purpureus, foliis duobus lateralibus, exterioribus lanceolatis, acutis, erecto - patentibus; duobus interioribus conniventibus; ſupremo incumbente.

Corollæ labium inferius latum violaceum & punctis ſcabrum, trilobum integrum; lobus medius longior emarginatus & ſubcrenulatus. Cornu longitudine germinis, obtuſum, ſubaſcendens.

LVII. ORCHIS USTULATA. *Tab.* 66.

Orchis calycis foliis ovatis acuminatis conniventibus; corollæ tubo truncato brevi; labio quadrifido, integro punctis ſcabro.

Orchis bulbis indiviſis; nectarii labio quadrifido punctis ſcabro, cornu obtuſo, petalis diſtinctis. *Linn. ſyſt.* — *Schmidt. orch. p.* 225.

Orchis radicibus ſubrotundis, labello quadrifido, calcari breviſſimo. *Hall. hiſt. helv. n.* 1273. *Gen. orch. n.* 21.

Orchis amoena. *Cranz. ſtirp. auſtr. p.* 490.

Habitat in pratis udis, nemoroſis, & ſylvaticis. Floret Majo, Junio. *Perennis.*

Observ. Radix. Bulbi duo ſubrotundi, pubeſcentes, ſordide albidi, carnoſi. Vagina radicalis acuminata.

Caulis teres, ſpithamam altus, tener, foliatus.

Folia lanceolata baſi vaginantia, acuminata, canaliculata; ultimum ferme totum caulem vaginans.

Spica denſiſſima, variæ formæ: ovata, conica, elongata, &. etiam globoſa. Bracteæ germine multo breviores fuſcæ. Flores variegati.

Calyx foliis quinque ovatis acutis in galeam conniventibus, atro-purpureis, ſtriatis.

Corollæ labium inferius, dependens, album, punctis atro-purpureis adſperſum; quadrifidum, laciniis linearibus; duobus mediis productioribus. Cornu breviſſimum, curvum, truncatum; albidum.

Descrip. *Hall. l. c. Pollich. hiſt. palat. n.* 845. *Cranz. l. c.*

Icon. *Hall. l. c. tab.* 28. *Flor. Dan. tab.* 103.

LVIII. ORCHIS COLUMNÆ. *Tab.* 67.

Orchis calycis foliis ſemiconfluentibus; corollæ tubo breviſſimo; labio quinquefido punctis ſcabro; laciniis linearibus, intermedia breviore.

Orchis bulbis indiviſis, nectarii labio quinquefido; laciniis anguſtis linearibus; intermedia breviore; cornu incurvo breviſſimo: petalis confluentibus. *Schmidt orch. p.* 227.

Orchis (tephrosanthos) radicibus ſubrotundis; nectario labio ſubquinquefido anguſtiſſimo, petalis confluentibus. *Villars. Fl. Delph. II. p.* 32.

Orchis Zoophora Cercopithecum exprimens Oreades. *Columm. Ecphr. I. p.* 319. *Fig.* 320.

Orchis flore Simiam referens. *Baub. pin.* 82.

Incolit prata & paſcua ſubhumida montoſa. In Subalpinis, circa Friedland; ad Thermas Carolinas; Gottesgaab. Floret Junio, & Julio. *Perennis.*

Observ. Radix. Bulbi duo ovati, ſolidi, ex albido brunnei. Vaginæ radicales oblique truncatæ.

Caulis ſtrictus teres ſolidus; foliis vaginantibus veſtitus; pedalis & ultra.

Folia

Folia radicalia ovato - lanceolata, acuta, verſus baſin attenuata, vaginantia, plana, canaliculata.

Spica elongata, laxiuſcula. Bracteæ germine breviores, acutæ, virides, apice coloratæ, ſtriatæ. Flores variegati.

Calyx monophyllus, ſemiquinquefidus, acutus, cucullatus, ex viridi fuſcus, ſtriatus.

Corollæ labium inferius anguſtum, calyce duplo longius, dependens, album, maculis purpureis creberrimis variegatum, quinquefidum; laciniis linearibus, duabus ſupremis a baſi in angulum acutum diſcedentibus, duabus inferioribus longioribus, intermedia minima dentem formante. Cornu dependens breviſſimum, ſubſcrotiforme, albidum.

Icon. *Column. l. c.*

LIX. ORCHIS MILITARIS. *Tab.* 68.

Orchis calyce monophyllo cucullato; corollæ tubo obtuſo brevi; labio quinquefido duplici punctata linea variegato.

Orchis bulbis indiviſis; nectarii labio quinquefido punctis ſcabro; cornu obtuſo, petalis confluentibus. *Linn. ſyſt.* — *Schmidt. orch. p.* 225.

Orchis radicibus ſubrotundis, ſpica conica, petalis conniventibus, nectarii labio trifido, lacinia media productiore bifida. *Gauan. Illuſtr.* 74.

Orchis radicibus ſubrotundis, ſpica conica, labello quadrifido, brachiolis & pectore peranguſtis. *Hall. hiſt. helv. n.* 1277. *Gen. orch. n.* 22.

Orchis radicibus ſubrotundis; barbæ quinquefidæ brachiolis longis; galea confluente; cucullis purpureis. *Cranz. ſtirp. auſtr. p.* 501.

Incolit prata ſylvatica humida, In undoſis nemoroſis Moldavæ; in ſylvis circa Gynetz; ſubalpinis circa Friedland. Floret Majo, & Junio. *Perennis.*

Observ. Radix. Bulbi duo ovati, farinoſi, pallide flaventes. Vaginæ radicales oblique truncatæ, laceræ.

Caulis ſtrictus, teres, verſus ſpicam, anguloſus, uno alterove folio vaginante veſtitus.

Folia radicalia lato - lanceolata, acuminata, ad baſin vaginantia, canaliculata.

Spica cylindrica, denſa, ſpecioſa. Bracteæ fuſcæ, exiguæ. Flores ex liliaceo - purpurei.

Calyx monophyllus acutus, apice trifidus, in cucullum connivens, liliaceus, ſtriatus.

Corollæ labium inferius dependens planum, ſpecioſum, purpureum, medio albidum & violaceis punctis in duabus lineis longitudinalibus variegatum; quinquefidum, laciniis ſuperioribus in angulum ſubrectum expanſis, inferioribus patentibus, obtuſis; intermedia anguſtiore, minore, acuta. Cornu medium germen adæquat, dependens, obtuſum.

DESCRIPT. *Jacq. collect.* 2 *p.* 268. *Cranz. ſtirp. Auſtr. p.* 501. *Hall. l. c.*

ICON. *Jacq. icon. rar. vol.* 2. *Hall. l. c. tab.* 28.

LX. ORCHIS VARIEGATA. *Tab.* 69.

ORCHIS calycis foliis acutis conniventibus; corollæ tubo ſubulato erectiuſculo, labio quadrifido circumſerrato, punctis ſcabro.

ORCHIS bulbis indiviſis; nectarii labio quadrifido circumſerrato, punctis aſpero; cornu ſubulato erectiuſculo; petalis omnibus conniventibus. *Schmidt orch. p.* 226.

ORCHIS radicibus ſubrotundis, ſpica breviſſima; labello breviter quadrifido, circumſerrato, punctato. *Hall. hiſt. helv. n.* 1275. *Gen. orch. n.* 20.

ORCHIS militaris pratenſis elatior, floribus variegatis. *Seguier. veron.* 2. *p.* 123. *tab.* 15. *f.* 3.

ORCHIS militaris minor. *Rupp. Fl. jenens. p.* 295. *tab.* 6.

ORCHIS TRIDENTATA. *Scop. Fl. carn. n.* 1109.

ORCHIS SIMIA *Villars. Fl. Delph. II. p.* 33.

Incolit prata montana. In undis ſylvaticis Moldavæ non procul Natſchowitz, vulgo dictis Radiſcher Buckowina, etiam in ſubalpinis non procul Friedland. Floret Majo, Junio, Julio, *Perennis.*

OBSERV. Radix. Bulbi ovati, ſolidi, albidi. Vagina radicalis oblique truncata.

Caulis ſpithamam altus, & pedalis, ſtrictus, ſubanguloſus, ſolidus, folioſus.

Folia

Folia lanceolata, acuminata, basi vagina caulem amplectentia, canaliculata; radicalia longa, versus vaginam attenuata.

Spica densissima globosa, aut ovata. Bracteæ germine paulo minores, etiam minimæ, lanceolatæ, coloratæ. Flores albi immaculati; aut carnei, & purpurei punctis variegati.

Calyx foliis quinque acutis in galeam conniventibus liliaceis: exterioribus lato - ovatis acuminatis, interioribus lanceolatis, brevioribus.

Corollæ labium inferius latum, planum, carneum, punctis plurimis adspersum, quadrifidum; laciniæ laterales integræ, lineares; duo inferiores latæ, rotundatæ serratæ; ad divisionem denticulo notatæ. Cornu erectiusculum, subulatum germine brevius.

DESCRIPT. *Jacq. collect. 2. p. 267. Hall. l. c.*

ICON. *Kupp. l. c. Hall. l. c. tab. 30. Jacq. icon. rar. vol. 2.*

LXI. ORCHIS FUSCA. *Tab. 70.*

ORCHIS calyce monophyllo cucullato; corolæ tubo obtuso, brevi; labio lato, quinquefido; laciniis superioribus angustis, integris, inferioribus latis crenulatis; intermedia minima acuta.

ORCHIS bulbis indivisis, nectarii labio quadrifido: laciniis oblongis, cornu brevi, petalis confluentibus. *Linn. syst. — Schmidt. orch. p. 228.*

ORCHIS radicibus subrotundis, spica longa, labello quadrifido, brachiolis angustis, crusculis latis, serratis. *Hall. hist. helv. n. 1276. Gen. orch. n. 21.*

Crescit in sylvis montosis, circa arcem Karlstein in monte wisoka Hora copiose. Floret Majo, Junio. *Perennis.*

OBSERV. Radix. Bulbi duo magni oblongi, solidi, farinosi, ex albido flavescentes. Vagina radicalis brevis oblique truncata.

Caulis strictus, bipedalis, crassus, angulatus, folio uno alterove vaginanti vestitus.

Folia radicalia maxima, lato - lanceolata, obtusiuscula, ad quatuor uncias lata, semipedem longa, lucida, nitida, basi vaginantia.

n 2 Spica

Spica pedalis interdum, densa. Bracteæ germine multo breviores. Flores ex atro - purpureo, rubro & albo variegati, speciosi.

Calyx monophyllus trifidus, acutus, atro - purpureus, nigro striatus; constat foliis tribus exterioribus ovatis in galeam connatis; duobus interioribus subulatis parieti exteriorum adnatis.

Corollæ labium inferius dependens, latum, planum albidum, laciniis purpurascens, atro - purpureis punctis adsperum, quinquefidum: laciniæ superiores in angulum subrectum expansæ, lineares, obtusæ inferiores longe, latæ, rotundatæ aut truncatæ, crenatæ; lacinia intermedia solum dentem parvum acutum format. Cornu dependens, breve, intumidum, incurvum.

DESCRIPT. *Jacq. Fl. austr. tab.* 307. *Hall. l. c.*

ICON. *Jacq. l. c. Hall. l. c. tab.* 31.

LXII. ORCHIS MORAVICA. *Tab.* 71.

ORCHIS calycis foliis ovatis acuminatis conniventibus; corollæ tubo subulato brevi; labio trifido: lacinia media subrotunda, emarginata amplissima, eroso - crenulata.

ORCHIS bulbis indivisis; nectarii labio trifido; lacinia media, subrntnda emarginata, amplissima; petalis conniventibus. *Linn. syst.*

Rarissima planta crescit in montanis sylvis Quercinis Circuli Regino-Hradecensis. Floret Junio. *Perennis.*

OBSERV. ORCHIDEM illam MORAVICAM, quam Celeb. *Jacquinius* ex Moravia a Venerab. *Boccio* accepisse in Collectaneis Vol. I. asseruit, nec ego unquam in Moravia, nec Dom. *Schopf excell. Comitis de Mittrowsky* hortulanus & botanicus invenit; aliam facie & habitu ORCH. FUSCÆ characteribus tamen ORCH. MORAVICÆ in Bohemia valde raram hic propono. En discrimina!

Radix. Bulbi duo, ovati, magni, fuscescentes. Vaginæ radicales breves, acutæ.

Caulis semibipedalis, teres, fistulosus; pruinosus, foliosus.

Folia magna, lato - lanceolata, acuminata, basi vaginantia, nervo crasso canaliculato purcursa.

Spica

Spica denſa conica, palmaris. Bracteæ germine multo breviores. Flores ſpecioſi, variegati.

Calyx foliis quinque conniventibus in galeam; tria exteriora lato-ovata, acuminata, ſubariſtata, virideſcentia, purpureo ſtriata, duo interiora linearia minora.

Corollæ labium inferius latiſſimum, planum, ex carneo albidum, rubris punctis variegatum, trifidum; laciniæ laterales lineares, integræ, obtuſæ, media ampliſſima, emarginata eroſo-crenulata, ſubundulata, medio denticulo notata. Cornu deſcendens ſubulatum, germine multo brevius.

DESCRIPT. *Jacq. collect. vol.* 1.

ICON. *Jacq. icon. rarior. Vol.* 1.

LXIII. ORCHIS PALLENS. *Tab.* 72.

ORCHIS calycis foliis lateralibus patentibus; corollæ tubo obtuſo mediocri aſcendente; labio trifido integerrimo, erectiuſculo.

ORCHIS bulbis indiviſis, nectarii labio trifido integerrimo, cornu obtuſo mediocri, petalis patentibus. *Linn. ſyſt.* — *Schmidt orch. p.* 228.

ORCHIS radicibus ſubrotundis, petalis galeæ lineatis, labello trifido, integerrimo. *Hall. hiſt. helv. n.* 1281. *Gen. Orch. n.* 17.

Habitat in nemoribus & ſylvis montoſis ſubhumidis. Floret Majo, Junio. *Perennis.*

OBSERV. Radix. Bulbi duo ſubrotundi pallide flaventes. Vagina radicalis lata, oblique truncata, pallida.

Caulis ſtrictus, ſolidus, angulatus, ſemipedalis.

Folia alterna oblonga, lata, obtuſa, baſi vaginantia, canaliculata.

Spica laxa pauciflora. Bracteæ lineari-lanceolatæ, acutæ, longitudine germinis. Flores pallide flavi.

Calyx foliis ovatis acutis, ſtriatis; tribus ſuperioribus conniventibus, depreſſis, labio inferiori incumbentibus, duobus lateralibus expanſis.

Corollæ labium inferius obliquum, planum, latum, trilobum; lobis æqualibus, rotundatis, integerrimis. Cornu ascendens, apice intumidum, obtusum, incurvum, germinis fere longitudine.

DESCRIPT. *Jacq. Fl. Austr. tab.* 45. *Hall. l. c.*

ICON. *Jacq. l. c. Hall. l. c. tab.* 30.

✲✲ *Bulbis palmatis.*

LXIV. ORCHIS LATIFOLIA. *Tab.* 73.

ORCHIS calycis foliis lateralibus patentibus; corollæ tubo conico; labio trilobo lateribus reflexo; bracteis germinibus longioribus.

ORCHIS bulbis subpalmatis rectis, nectarii cornu conico: labio trilobo lateribus reflexo, bracteis flore longioribus. *Lin. syst. Schmidt orch. p.* 229.

ORCHIS radicibus palmatis, caule fistuloso bracteis maximis, labello trifido serrato, medio segmento obtuso. *Hall. hist. helv. n.* 1279.

ORCHIS bulbis subpalmatis; cornu conico; labio inferiore trifido; bracteis flores superantibus; caule fistuloso. *Schrank. Flor. Salisb. n.* 44.

ORCHIS COMOSA *Scop. Fl. carn. n.* 1120.

Vulgatissima in pratis uliginosis Bohemiæ. Floret Majo, Junio. *Perennis.*

OBSERV. Radix. Bulbi duo magni, compressiusculi, palmati, quadripartiti, solidi, farinosi, pallide flaventes. Vagina radicalis fusca, truncata.

Caulis strictus angulatus, fistulosus, variæ altitudinis, palmaris, pedalis & bipedalis, foliosus.

Folia alterna lato - lanceolata, acuminata, canaliculata, inferiora basi vaginantia, reliqua amplexicaulia, fere perforata.

Spica densa cylindrica. Bracteæ lanceolatæ, coloratæ, flores superantes. Flores purpurei.

Calyx foliis quinque ovatis, acuminatis, purpureis; tribus superioribus in galeam conniventibus, duobus lateralibus expansis.

Corollæ

Corollæ labium dependens, latum, trilobum, crenatum, purpureum, medio albidum & punctis dilutioribus variegatum; lobis æqualibus rotundatis; lateralibus reflexis. Cornu conicum, obliquum, longitudine germinis.

DESCRIPT. *Hall. l. c.*

ICON. *Hall. l. c. tab.* 30. *Flor. dan. tab.* 266.

OBSERV. II. Variat floribus albis, carneis, & atropurpureis, nec non foliis latioribus & angustioribus, immaculatis, & maculis purpureis eleganter pictis. Singularem plantam, quæ omnium Orchidum Bohemicarum altissima est, in Maiers physikalischen Aufsätzen. 1 Th. p. 233. descripsi sub nomine specifico; nunc lubens errorem corrigo, & sub sola varietate trado; est

ORCHIS LONGEBRACTEATA. *Tab.* 74.

ORCHIS calycis foliis exterioribus reflexis; corollæ tubo conico germine breviore; labio profunde trilobo; bracteis longissimis.

ORCHIS bulbis palmatis patentibus; nectarii cornu germinibus breviore: labio profunde trilobo; petalis reflexis; bracteis longissimis. *Schmidt orch. p.* 233.

Crescit in pascuis paludosis Sudetorum, montium Iseræ majoris fluvii ad Gottesgaab. Floret Junio, & Julio. *Perennis.*

DESCRIPT. Bulbi majores, quam in ORCH. LATIFOLIA.

Caulis tripedalis, strictus.

Folia inferiora ovata, obtusa, reliqua ovalia, acuminita, maculis purpureis hinc inde picta.

Spica pedalis, laxiuscula. Bracteæ lanceolatæ, acutæ, coloratæ, medio sulcatæ; inferiores germine triplo longiores. Flores purpurei, variegati.

Calyx ut in ORCH. LATIFOLIA, folia lateralia magis reflectuntur.

Corollæ labium profunde trilobum, crenatum; lobo medio latiore emarginato. Cornu rectum germine paulo brevius.

LXV. ORCHIS CRUENTA. *Tab.* 75.

ORCHIS calycis foliis exterioribus patulis; corollæ tubo germine breviore; labio integro, obcordato, crenato; bracteis longitudine germinis.

ORCHIS bulbis palmatis, nectarii cornu germine breviore, labio indiviſo obcordato crenato; petalis dorſalibus patulis. *Schmidt orch. p.* 230. *Flor. Dan. tab.* 876.

Non raro cum antecedente reperitur; præſertim in pratis uliginoſis circa Zbirow & St. Benignam. Floret Majo, Junio. *Perennis.*

OBSERV. Radix. Bulbi duo palmati craſſi, patentes, albidi. Vagina radicalis oblique truncata, fuſca.

Caulis ſtrictus, ſolidus, teres, verſus ſpicam angulatus & purpuraſcens.

Folia alterna, lanceolata, plana, verſus baſim vagina brevi caulem amplectentia, atrovirida, & maculis crebrioribus cruentis picta.

Spica denſa oblonga. Bracteæ longitudine germinis, etiam breviores lanceolatæ, purpureæ. Flores purpurei, immaculati.

Calycis folia lanceolata, tria exteriora diſtantia, patula, duo interiora conniventia.

Corollæ labium dependens, latum, planum, obcordatum, integrum, crenatum, apice obtuſe emarginatum, purpureum & venis dilutioribus percurſum. Cornu erectiuſculum, germine brevius.

ICON. *Flor. dan. tab.* 876.

LXVI. ORCHIS INCARNATA. *Tab.* 76.

ORCHIS calycis foliis exterioribus reflexis; corollæ tubo recto conico obtuſo; labio obſcure trilobo ſerrato; bracteis floribus longioribus.

ORCHIS bulbis palmatis; nectarii cornu conico: labio obſcure trilobo ſerrato, petalis dorſalibus reflexis. *Linn. ſyſt.* — *Schmidt orch. p.* 230.

OR-

Orchis radicibus palmatis, coloratis, labello circumferrato, trilobato, lobo medio emarginato. *Hall. hift. helv. n.* 1280.

Orchis latifolia. *Scop. Fl. carn. n.* 1118.

Habitat in montofis fylvaticis, Circa arcem Carlftein. Floret Majo. *Perennis.*

Observ. Radix: Bulbi duo ovati, bipartiti, femiteretes, albidi, mucilaginofi. Vaginæ radicales fiffæ.

Caulis ftrictus, fiftulofus, teres, foliofus, purpurafcens.

Folia lanceolata bafi vaginantia, plana, læte viridia, nitida, fucculenta.

Spica conica, pauciflora, laxiufcula. Bracteæ lanceolatæ, acuminatæ: purpureæ, floribus longiores. Flores purpurei.

Calyx foliis lanceolatis; tribus exterioribus reflexis; duobus interioribus conniventibus.

Corollæ labium dependens, latum, planum, ferratum, obfcure trilobum, lobo medio multo anguftiore & paululum productiore. Cornu rectiufculum, dependens, obtufum, longitudine germinis.

Descript. *Hall. l. c.*

LXVII. ORCHIS SAMBUCINA. *Tab.* 77.

Orchis calycis foliis lateralibus patentibus; corollæ tubo incurvo, conico, apice emarginato; labio trilobo, crenulato; bracteis longitudine florum.

Orchis bulbis fubpalmatis erectis, nectarii cornu conico, labio ovato fubtrilobo, bracteis longitudine florum. *Linn. fyft.* — *Schmidt orch. p.* 231.

Orchis *Hall. hift. helv. n.* 1280. *var. β.*

Habitat in fylvis, nemoribufque montofis. Circa St. Ivanum, ad arcem Carlftein, ad Gottesgaab &c. Floret Majo, Junio. *Perennis.*

Observ. Radix. Bulbi duo ovati, bipartiti, teretes, farinofi, pallide flaventes. Vaginæ radicales oblique truncatæ.

 Cau-

Caulis ſtrictus, ſemipedalis & ultra, ſolidus, anguloſus, præſertim verſus ſpicam.

Spica ovata, laxiuſcula, ſpecioſa. Bracteæ lanceolatæ, acuminatæ, longitudine florum, ex viridi flaventes. Flores ochroleuci, purpureis venis & punctis variegati, ſuaveolentes.

Calycis folia lanceolata, acuta, flava, ſtriata, duo exteriora lateralia expanſa, reliqua in cuculum conniventia.

Corolla labio inferiore latiſſimo, lateribus modicum reflexo, trilobo, eroſo - crenulato; lobis rotundatis, medio minore; ceterum flavo, venis & punctis purpureis picto. Cornu germinis longitudine conicum, incurvum, dependens, apice intumidum, emarginatum, ſubſcrotiforme.

Descrip. *Jacq. Fl. Auſt. t.* 108.

Icon. *Jacq. l. c.*

LXVIII. ORCHIS MACULATA. *Tab.* 78.

Orchis calycis foliis exterioribus erectis, corollæ tubo recurvo, labio trilobo: lobis lateralibus latis, crenatis, intermedio anguſtiore integerrimo; bracteis longitudine germinis.

Orchis bulbis palmatis, nectarii cornu germinibus breviore; labio plano, petalis dorſalibus erectis. *Linn. ſyſt. veget. p.* 810. *Schmidt. orch. p.* 232.

Orchis radicibus palmatis, caule ſolido, labello trifido, ſerrato, medio ſegmento acuminato. *Hall. hiſt. helv. n.* 1278. *Orch. gen. n.* 14.

Orchis bulbis palmatis; cornu germinibus ſubbreviore; labio inferiore trifido: laciniis lateralibus, latioribus, crenatis, intermedia integerrima; foliolis calycinis lateralibus patentibus. *Schrank. Fl. Salisb. n.* 45.

Frequens in pratis montanis ſubhumidis; ad Thermas Carolinas, Gottesgaab, Reichenberg, Friedland, &c. Floret Majo, Junio, Julio. *Perennis.*

Observ. Radix. Bulbi duo palmati, diſtantes, farinoſi, quadripartiti, pallide flaventes, compreſſiuſculi. Vaginæ radicales truncatæ, fuſcæ.

Caulis

Caulis ſtrictus variæ altitudinis, teres, ſolidus.

Folia lanceolata, acuminata, carinata, baſi vaginantia, maculis ferrugineis aut purpureis picta.

Spica denſa, variæ altitudinis & figuræ; palmaris, digitalis, pollicaris; ovata, conica, elongata, pyramidata. Bracteæ lanceolatæ longitudine germinis. Flores inconſtantis coloris.

Calycis folia lanceolata: tribus exterioribus erectis, duobus interioribus conniventibus.

Corollæ labium, dependens, lineis & maculis variegatum, trilobum; lobi laterales obtuſi, crenati; intermedius anguſtior acuminatus integerrimus, Cornu conicum, obtuſum, germine brevius, apice recurvum.

Variat foliis immaculatis; floribus purpureis, roſeis, carneis, albis, ochroleucis, unicoloribus, & variegatis.

DESCRIP. *Hall. l. c. Cranz. ſtirp. auſtr. p.* 492.

ICON. *Hall. l. c. tab.* 32.

LXIX. ORCHIS COMOSA. *Tab.* 79.

ORCHIS calycis foliis conniventibus; collora tubo recto obtuſo germen adæquante; labio trifido plano crenato; lacinia intermedia latiore; bracteis flores ſuperantibus.

ORCHIS bulbis palmatis; ſpica conglobata; nectarii labio trifido crenulato; cornu conico longitudine germinis; bracteis floribus longioribus. *Schmidt. orch. p.* 233.

Creſcit in pratis montanis ſylvaticis udis. Ad Malſchowitz in monte Drs bakow, ad St. Benignam; ad Gottesgaab, ad Reichenberg &c. Floret Majo, Junio. *Perennis.*

OBSERV. Radix. Bulbi duo recti, palmati, tripartiti, mucilaginoſi, albidi. Vagina radicalis oblique truncata.

Caulis erectus, gracilis, teres, pedalis, folioſus.

Folia alterna, lanceolata, acuminata, inferiora obtuſa, baſi vaginantia, longa, ſenſim minora, ſuprema lineari - lanceolata, ſemiamplexicaulia; omnia nitida, læte viridia & ſupra maculis purpureis confluentibus tranſverſim picta.

 Spica

Spica confertiſſima, globoſa, poſt defloreſcentiam elongata. Bracteæ floribus, duplo longiores lineares, ſubſetaceæ comoſam denſæ ſpicæ faciem conciliant. Flores carnei immaculati.

Calycis folia ovata, acuta, in galeam conniventia.

Corolla labio inferiore dependente, plano, profunde trifido, crenato; laciniis obtuſis lateralibus expanſis, intermedia longiore, latiore. Cornu rectum, conicum, obtuſum, longitudine germinis.

DESCRIPT. *Schmidt. l. c.*

ICON. *Schmidt. l. c. tab. Fig.* 3.

LXX. ORCHIS CONOPSEA. *Tab.* 80.

ORCHIS calycis foliis lateralibus patentibus; corollæ tubo ſetaceo longiſſimo; labio trifido; bracteis germinibus longioribus.

ORCHIS bulbis palmatis; nectarii cornu ſetaceo germinibus longiore: labio trifido; petalis duobus patentibus, *Linn. ſyſt.* — *Schmidt. orch. p.* 219.

ORCHIS radicibus palmatis; calcare longiſſimo; labello trifido, obtuſo, unicolore. *Hall. hiſt. helv. n.* 1287. *Orch. gen. n.* 25.

ORCHIS bulbis palmatis; cornu anguſtiſſimo, germen ſuperante; labio inferiore trifido; calycis foliolis duobus patentibus. *Schranck. Fl. Saliſb. n.* 47.

In pratis montanis vulgatiſſima. Floret Junio, Julio. *Perennis.*

OBSERV. Radix. Bulbi duo magni, patentes, palmati, quadripartiti, pallide flaventes, Vagina radicalis fuſca truncata.

Caulis ſtrictus, pedalis & altior, teres, ſolidus, folioſus.

Folia longa, lineari - lanceolata, baſi vaginantia canaliculata, ſenſim minora; ſuprema ſemiamplexicaulia.

Spica elongata laxiuſcula. Bracteæ lanceolatæ germinibus longiores. Flores roſei.

Calycis folia lanceolata, obtuſiuſcula, duo lateralia exteriora alarum inſtar expanſa, ſupremum incumbens; duo interiora conniventia.

Corollæ

Corollæ labium inferius planum, trifidum, integrum; laciniis obtusis æqualibus. Cornu setaceum, germine duplo longius, dependens, arcuatum.

Variat foliis latioribus & angustioribus; floribus puniceis, sanguineis, roseis, carneis & albis.

DESCRIPT. *Pollich. hist. pal. n.* 850. *Hall. l. c. Cranz. stirp. austr. p.* 507.

ICON. *Flor. Dan. tab.* 224. *Hall. l. c. tab.* 29.

LXXI. ORCHIS ODORATISSIMA. *Tab.* 81.

ORCHIS calycis foliis exterioribus patentibus; corollæ tubo recurvo germine breviore; labio trilobo; bracteis germinibus æqualibus.

ORCHIS bulbis palmatis; nectarii cornu recurvo breviore; labio trilobo, foliis linearibus. *Linn. syst. — Schmidt. orch. p.* 234.

ORCHIS radicibus palmatis, labello obtuse trifido, concolore, calcare germine breviori. *Hall. hist. helv. n.* 1274. *Orch. gen. n.* 13.

ORCHIS bulbis palmatis; cornu recurvo; labio inferiore ovato, acuminato; foliis linearibus. *Schrank. Fl. Salisb. p.* 46.

Habitat in pascuis siccis montosis, nec non pratis apricis arenosis. Non raro cum ORCH. CONOPSEA. Floret Junio, Julio. *Perennis.*

OBSERV. Radix. Bulbi duo oblongi recti, palmati, quadripartiti; fibris longis teretibus. Vaginæ radicales acutæ, apice deustæ.

Caulis pedalis strictus, solidus, teres, foliosus.

Folia linearia longa; radicalia basi vaginantia; caulina semiamplexicaulia, acuminata, sensim minora.

Spica oblonga laxiuscula. Bracteæ, coloratæ, germinibus subæquales. Flores purpurei, fragrantes.

Calyx foliis ovatis acutis; duobus lateralibus exterioribus patentibus, supremo erecto, duobus interioribus conniventibus.

Corollæ labium inferius dependens, planum, trilobum; lobis acutiusculis, integerrimis, intermedio paululum productiore. Cornu germine brevius, recurvum, acutum.

Descript. *Hall. l. c. Jacq. Fl. austr. t.* 264.

Icon. *Jacq. l. c. Hall. l. c. tab.* 29.

LXXII. ORCHIS SUAVEOLENS. *Tab.* 82.

Orchis floribus subresupinatis; calycis foliis patentibus; corollæ tubo germine breviore; labio trifido integro; bracteis germinibus brevioribus.

Orchis radicibus palmatis, spica ovata, floribus semisupinatis, nectario labio semiovato bidentato, foliis linearibus. *Villars hist. de Dauph. II. p.* 38.

Crescit in pascuis sterilibus montium ad limites Bavariæ versus Bergreichenstein; rarissima. Floret Julio. *Perennis*.

Observ. Radix. Bulbi duo palmati, semiteretes, recti, bi - aut tripartiti, farinosi; pallide flavescentes. Vaginæ radicales acuminatæ. Caulis erectus, debilis, teres, pedalis.

Folia linearia acuta; radicalia vaginantia; caulina amplexicaulia, sensim minora.

Spica ovata, aut conica ejusdem fere figuræ, ut in Orch. pyramidali. Bracteæ germine duplo breviores, ovatæ, acutæ. Flores purpurascentes, subresupinati.

Calycis folia ovata acuta, omnia patentia, duo interiora minora.

Corollæ labium inferius dependens, obovatum, trifidum: laciniis omnibus æqualibus, rotundatis, integerrimis. Cornu recurvum, obtusum, germine brevius.

Descript. *Villars. l. c.*

Icon. *Villars. l. c. tab.* 1.

✲ ✲ ✲ *Bulbis fasciculatis.*

LXXIII. ORCHIS ABORTIVA. *Tab.* 83.

Orchis calycis foliis patentibus; corollæ tubo conico; labio ovato integerrimo; caule aphyllo.

Or-

ORCHIS bulbis fasciculatis filiformibus, nectarii labio ovato integerrimo, caule aphyllo. *Linn. syst. — Schmidt. orch. p.* 235.

Serapias abortiva. *Scop. Fl. carn. n.* 1130.

Epipactis aphylla, calcare longo, labello ovato lanceolato. *Hall. hist. helv. n.* 1288. *Orch. gen. n.* 14.

Habitat in montosis, lapidosis, umbrosis; in Sylvæ Bohemicæ pratis. Floret Majo & Junio. *Perennis.*

OBSERV. Radix fibris teretibus, filiformibus, fasciculata.

Caulis erectus, firmus, crassus, subangulatus, cubitalis, violaceus, vaginis loco foliorum & squamis vestitus.

Spica pauciflora, rara. Bracteæ, germinis longitudine. Flores remoti quinque aut sex, speciosi, violacei.

Calycis folia omnia patentia lanceolata; duo exteriora lateralia alarum instar expansa, supremum latius margine inflexum, galeam formans, erectum; duo interiora angustiora, minoraque ascendentia.

Corollæ labium inferius ovatum, acutiusculum, integerrimum, dependens. Cornu longitudine germinis, conicum, incurvum.

DESCRIP. *Jacq. Fl. austr. tab.* 193. *Hall. l. c.*

ICON. *Jacq. l. c. Hall. l. c. tab.* 36.

SATYRIUM. *Tab.* 84.

Calyx pentaphyllus, coloratus, foliis tribus exterioribus, duobus interioribus. Corolla monopetala, bilabiata; labio ſuperiore breviſſimo, erecto, ſtamina recipiente; inferiore plano pendulo poſtice baſi burſa ſcrotiformi prominente. Germen ſupedicellatum contortum.

LXXIV. SATYRIUM HIRCINUM. *Tab.* 85.

Satyrium bulbis ſubrotundis, integris; calycis foliis conniventibus; corollæ labio trifido: laciniis lateralibus acutis, undulatis; intermedia longiſſima obliqua apice bifida.

Satyrium bulbis indiviſis, foliis lanceolatis, nectarii labio trifido: intermedia lineari elongata obliqua præmorſa. *Linn. ſyſt.* —

Orchis radicibus ſubrotundis, labello longiſſimo, tripartito, plicato. *Hall. hiſt. helv. n.* 1268.

Orchis hircina. *Scop. Fl. carn. n.* 1113. *Cranz. ſtirp. auſtr. p.* 484. *Schmidt. orch. p.* 235.

Creſcit in montanis fagetis & quercinis ſylvis ad undas Moldavæ, ad St. Benignam &c. Floret Majo, Junio. *Perennis.*

Observ. Radix. Bulbi duo magni, ex ovato rotundati, mucilaginoſi, hircinum odorem ſpirantes, albidi.

Caulis ſtrictus, pedalis, bipedalis, & altior, teres, foliis vaginatibus veſtitus; in ſpica angulatus.

Folia

Folia radicalia lato - lanceolata, acuminata, femipedalia, medio carinata; caulina caulem invulventia, ventricofa, magis vaginantia.

Spica laxa multiflora. Bracteæ lineares, longitudine germinis. Flores albidi, variegati, hircofi.

Calyx foliis tribus exterioribus ovatis, obtufis, in galeam conniventibus, & duo interiora folia parva linearia includentibus, purpurafcentibus, ftriatis.

Corollæ labium inferius longiffimum, bafi gibbum, villofum & punctis variegatum, demum dividitur in lacinias tres, quorum duæ laterales acuminatæ undulatæ; intermedia elongata, linearis, bifida & apice reflexa eft. Burfa fub bafi labii inferioris brevis, obtufa, emarginata.

Germen erectum manifefte pedicellatum.

DESCRIPT. *Hall. l. c. Jacq. Flor. auftr. tab.* 367.

ICON *Jacq. l. c. tab.* 367. *Hall. l. c. tab.* 25.

LXXV. SATYRIUM VIRIDE. *Tab.* 86.

SATYRIUM bulbis bipartitis; calycis foliis conniventibus; corollæ labio lineari tridentato.

SATYRIUM bulbis palmatis, foliis oblongis, obtufis, nectarii labio lineari trifido: intermedia obfoleta. *Lin. fyft.*

ORCHIS radicibus palmatis, galea connivente, labello trifulco calcare breviffimo. *Hall. hift. helv. n.* 1269. *Gen. Orch. n.* 12.

ORCHIS bulbis bifidis; labio inferiore lineari, apice tridentato; foliis inferioribus oblongo ovatis. *Schrank. Fl. Salisb. n.* 48.

ORCHIS viridis. *Cranz. ftirp. auftr. p.* 491. *Scop. Flor. carn. n.* 1122. *Allion. Fl. ped. n.* 1846. *Schmidt orch. p.* 237.

Crefcit in montofis pratis, ficcis; in Sudetis, & ad Gottesgaab. Floret Junio, Julio. *Perennis.*

OBSERV. Radix. Bulbi duo albidi, profunde bifidi; laciniis teretibus. Vaginæ radicales oblique truncatæ, obtufæ.

Caulis ftrictus, palmaris, & pedalis, angulatus, foliofus.

Folia ovato - oblonga, acutiuſcula, amplexicaulia, baſi vagina brevi inſtructa; inferiora obovata obtuſa, læte viridia, ſeptennervia, medio macula nitida albida pruinoſa colorata.

Spica elongata, laxa, Bracteæ lanceolatæ, coloratæ, germinibus duplo longiores. Flores ex vireſcente ferruginei.

Calycis folia ovata, acuta in galeam conniventia,

Corollæ labium inferius dependens, lineare, virideſcens, apice tridentatum, ferrugineum; dente medio obſoleto. Burſa labii apice dilatata, obtuſa, brevis.

Germen ſubſeſſile.

DESCRIPT. *Hall. l. c. Cranz. l. c.*

ICON. *Loeſell. Flor. pruſs. tab.* 59. *Flor. dan. tab.* 77. *Hall. l. c. tab.* 26.

OBSERV. II. Aliam plantam, quam nunc pro ſola varietate SATYRII VIRIDIS agnoſco, in **Mayers phyſ. Aufſätze.** 1 **Th.** propoſui, ſub nomine ORCHIDIS FERRUGINEÆ. En diſcrimina!

SATYRIUM FERRUGINEUM. *Tab.* 87.

SATYRIUM bulbis bipartitis; calycis foliis exterioribus patulis; corollæ labio lineari, apice obſcure tridentato.

ORCHIS bulbis palmatis, foliis obovatis obtuſis; nectarii labio lineari indiviſo; petalis dorſalibus expanſis. *Schmidt orch. p.* 238.

Habitat in pratis ſubalpinis uliginoſis montium Iſeræ majoris fluvii; ad Gottesgaab **auf den kalten Winter.** Floret Junio, Julio. *Perennis.*

OBSERV. Radices ut in SATYR. VIRIDI.

Caulis ſtrictus, vix palmaris, angulatus, ſulcatus.

Folia radicalia duo alterna, rotundata, amplexicaulia, vaginantia, ſeptemnervia, medio macula ferruginea pruinoſa picta; caulina duo, nec plura: inferius ovato - acuminatum, breviter vaginatum, amplexicaule; ſummum lanceolatum, ſeſſile.

Spica elongata, laxa, pauciflora. Bracteæ coloratæ germinibus longiores. Flores ex ferrugineo vireſcentes.

Calycis folia tria exteriora patula, duo interiora conniventia, viridia, ferrugineis lineis ſtriata.

Corollæ labium inferius lineare apice tribus denticulis notatum, medio macula ferruginea pictum.

Descript. *Schmidt. l. c.*

Icon. *Schmidt. l. c. Fig.* 4.

LXXVI. SATYRIUM ALPINUM. *Tab.* 88.

Satyrium bulbis profunde bipartitis; calycis foliis exterioribus patentibus; corollæ labio trifido, integro.

Creſcit in pratis alpinis Sudetorum; bei dem kleinen Teich. Planta rariſſima. Floret Julio, & Auguſto. *Perennis.* Ex alpinis Schneeberg Auſtriæ etiam ſpecimina habeo.

Observ. Radix. Bulbi duo uſque ad baſim bipartiti, ſemiteretes, fuſceſcentes. Vaginæ radicales imbricatæ, oblique truncatæ.

Caulis erectus, digitalis, angulatus, uno alterove folio lanceolato, amplexicauli inſtructus.

Folia radicalia alterna, lato - ovata, acuminata, amplexicauli - vaginantia, margine ſubundulato - incurvata, læte viridia, immaculata, canaliculata.

Spica biuncialis, denſa. Bracteæ lanceolatæ, acutæ, virides, germinibus paulo longiores. Flores ex viridi fuſcæ.

Calyx pentaphyllus, viridis, ſtriatus: foliis ovatis acutis; duobus lateralibus externis expanſis, ſupremo erecto; duobus internis conniventibus.

Corollæ labium inferius obliquum, latiuſculum, planum, fuſcum, trifidum: laciniis integerrimis æqualibus. Burſa labii brevis, colo tenui, & apice obtuſo dilatato.

Germina incurvata ſubſeſſilia.

LXXVII. SATYRIUM NIGRUM. *Tab.* 89.

Satyrium bulbis palmatis tripartitis: ſpica conglobata; floribus reſupinatis; calycis foliis patentibus; corollæ labio indiviſo.

SATYRIUM bulbis palmatis, foliis linearibus, nectarii labio resupinato indiviso. *Linn. syst.*

ORCHIS radicibus palmatis, spica densissima, flore resupinato, calcare brevissimo. *Hall. hist. helv. n.* 1271. *Gen. Orch. n.* 9.

ORCHIS bulbis palmatis; foliis linearibus; spica conferta; floribus resupinatis, labio inferiore indiviso, ovato, acuto. *Schrank. Flor. Salisb. n.* 49.

ORCHIS nigra. *Allion. Fl. ped. n.* 1845. *Scop. Fl. carn. n.* 1123. *Schmidt orch. p.* 238.

ORCHIS miniata. *Cranz. stirp. Austr. p.* 487.

Habitat in alpinis Sudetorum; in den Teufelsgärtchen; auf der weissen Wiese, ꝛc. Floret Julio. *Perennis.*

OBSERV. Radix. Bulbi duo palmati, profunde tripartiti, recti, albidi. Vaginae radicales flaccidae.

Caulis strictus dodrantalis, solidus, angulosus, foliosus.

Folia radicalia linearia, tamen hinc inde laciuscula, obtiuscula, conferta, vaginantia; caulina alterna linearia, tenuissima, acuminata, sessilia.

Spica densissima conglobata, ovato-conica. Bracteae lineares, germinibus longiores, coloratae. Flores punicei, odori, resupinati.

Calyx pentaphyllus; foliis oblongis, acutis, patentibus, puniceis.

Corollae labium inferius erectum, indivisum, ovatum, antice carinatum, crenulatum, calycinis foliis paulo longius. Bursa labii brevissima.

DESCRIPT. *Jacq. Fl. Austr. tab.* 368. *Hall. l. c.*

ICON. *Jacq. l. c. Hall. l. c. tab.* 27.

LXXVIII. SATYRIUM ALBIDUM. *Tab.* 90.

SATYRIUM bulbis fasciculatis; calycis foliis conniventibus; corollae labio trifido acuto; lacinia intermedia obtusa.

SATYRIUM bulbis fasciculatis, foliis lanceolatis, nectarii labio trifido acuto: intermedia obtusa. *Linn. syst.*

OR-

ORCHIS radicibus confertis, teretibus, calcare breviſſimo, labello trifido. *Hall. hiſt. helv. n.* 1270. *Gen. Orch. n.* 8.

ORCHIS albida. *Scop. Fl. carn. n.* 1124. *Schmidt. orch. p.* 239.

ORCHIS alpina. *Cranz. ſtirp. Auſtr. p.* 486.

Habitat in pratis ſubalpinis Sudetorum; in montibus Iſeræ fluvii; in Sylva Bohemica; ad Gottesgaab, Joachimſthal. &c. Floret Junio, Julio. *Perennis.*

OBSERV. Radix fibris craſſis, teretibus, albis, faſciculata. Vaginæ radicales apice deuſtæ, oblique truncatæ, obtuſæ.

Caulis ſtrictus, pedalis, ſolidus, teres, folioſus.

Folia radicalia obovata, obtuſa, caulina lanceolata, acuta, baſi-vaginantia; ſenſim minora.

Spica oblonga, digitalis, denſa. Bracteæ ovato-lanceolatæ, germinibus paulo longiores. Flores albidi, parum odori.

Calycis folia erecto-conniventia, ex albido videſcentia.

Corollæ labium inferius vix calycinis foliis longius, obliquum, latum, planum, trifidum; laciniis acutis lateralibus, intermedia obtuſa, paulo productiore. Burſa labii breviſſima, incurva, obtuſa.

DESCRIP. *Hall. l. c. Cranz. l. c.*

ICON. *Hall. l. c. tab.* 26. *Flor. dan. tab.* 115.

LXXIX. SATYRIUM EPIPOGIUM. *Tab.* 90.

SATYRIUM bulbis compreſſis dentatis; caule vaginato; floribus reſupinatis; calycis foliis patente-reflexis; corollæ labio indiviſo crenato.

SATYRIUM bulbis compreſſis dentatis, caule vaginato; nectarii labio reſupinato indiviſo. *Linn. ſyſt. Villars. hiſt. Dauph. II. p.* 44. *tab.* 1.

Epipogium. *Gmel. Flor. Sib.* 1. *p.* 12. *tab.* 2. *f.* 2.

Epipactis caule aphyllo, flore ſupinato: labello ovato-lanceolato, calcare ovato turgido. *Hall. hiſt. helv. n.* 1289.

ORCHIS aphylla. *Schmidt. orch. p.* 240

Rariſſima hucuſque Bohemiæ planta. In montoſis, umbroſis verſus Palatinatum vulgo dictis: Künigſchgebürg. Floret Julio. *Perennis.*

OBSERV. Radix compreſſa ramoſa dentata, ut in Corallorrhiza. Caulis, tener, debilis, ſemipedalis, aphyllus, ſubgeniculatus; vaginis duabus, aut tribus flaccidis, bifidis ſerratis fuſceſcentibus veſtitus.

Folia nulla.

Flores reſupinati, remoti, pauci, pedicellati, penduli, ex flavo purpuraſcentes. Bracteæ ovato - lanceolatæ, longitudine germinum.

Calycis folia lanceolata, patentia, apice reflexa, flava.

Corollæ labium inferius ſupinatum indiviſum, ad baſim in utraque parte appendice ovata ornatum, crenatum, purpureum. Burſa labii verſus apicem ſpicæ ſpectans, turgidum, obtuſum.

Germina ovata pedicellis inflexis inſidentia.

DESCRIP. *Jacq. Fl. Auſtr. tab.* 84. *Hall. l. c.*

ICON. *Jacq. l. c. Gmel. l. c. Villars. l. c.*

EPI-

EPIPACTIS. *Tab.* 92.

Calyx triphyllus; foliis ovato - lanceolatis hirſutis, baſi connatis. Corolla bilabiata: labio ſuperiore erecto, breviſſimo, ſtamina recipiente; inferiore integerrimo, lanceolato, carinato, ſurſum cavo; baſi cymba deorſum gibba incipiente. Capſula ovata, trivalvis, hirſuta, carinata.

Observ. Planta hæc Orchidea, quam *Linnæus* ad Satyria, *Hallerus* & *Alii* ad Epipactites ſuas numerarunt, ob ſingulares fructificationis differentias ab aliis Orchidearum generibus, merito reveli, & in ſingulare genus transferri debet. Differt a Satyrio *Linn.* & Epipactite *Hall.* Calyce triphyllo; corollæ labio baſi deorſum gibbo, & capſula non torta. (*) Ceterum totus habitus alius eſt. (**)

LXXX. EPIPACTIS REPENS *Tab.* 93.

Epipactis radice faſciculata; foliis petiolatis; ſpica ſecunda.

Epipactis foliis petiolatis, ovato - lanceolatis, floribus tetrapetalis hirſutis. *Hall. hiſt. helv. n.* 1295. *Gen. orch. n.* 6.

Epipactis repens. *Schrank. Flor. Bavar. n.* 87. *Schmidt. orch. p.* 249.

Satyrium (repens) bulbis fibroſis, foliis ovatis radicalibus, floribus ſecundis. *Linn. ſyſt.* —

Habitat

*) Wenn die Frucht bei verwandten Pflanzen sehr verschieden ist, müssen die Gattungen getrennt werden. Willd. Grund. der Kräut. §. 161.

**) Auch auf die äußere Gestalt aller zu einer Gattung gehörigen Arten muß man achten. Ebend. §. 207. Bei Bildung einzelner Gattungen darf man nie die Mehrheit der Pflanzen — Unähnlichkeiten im Habitus aus den Augen verliehren. Med. phil. Bot. *II.* Heft. *p.* 88.

Habitat in montanis pinetis. Circa Thermas Carolinas; in Sylva Bohemica, &c. Floret Junio & Julio. *Perennis.*

OBSERV. Folia radicalia petiolo vaginanti inſtructa, ovata, acuta, trinervia reticulata; caulina ſeſſilia, linearia. Cæterum nihil habeo, quod addam exacta deſcriptioni oculatiſſimi *Halleri.*

DESCRIPT. *Hall. l. c. Jacq. Fl. auſtr. tab.* 369.

ICON. *Hall. l. c. tab.* 22. *Flor. dan. tab.* 812. *Jacq. l. c. Gunner. Flor. Norv. tab.* 6. *f.* 1.

OPHRYS. *Tab.* 94.

Calyx pentaphyllus, coloratus; foliis duobus exterioribus, tribus interioribus, conniventibus. Corolla bilabiata: labio ſuperiore breviſſimo, ſtamina recipiente; inferiore magno, dependente, plano, poſtice, ſubcarinato. Germen ſeſſile, obovatum trigonum, contortum.

LXXXI. OPHRYS SPIRALIS. *Tab.* 95.

OPHRYS bulbis aggregatis oblongis; ſpica ſpirali - ſecunda; calycis foliis interioribus coadunatis; corollæ labio indiviſo crenulato.

OPHRYS bulbis aggregatis oblongis, caule ſubfolioſo, floribus ſpirali - ſecundis, nectarii labio indiviſo crenulato. *Linn. ſyſt.* —

Epipactis bulbis cylindricis, ſpica ſpirali, labello crenato. *Hall. hiſt. helv. n.* 1294. *Gen. orch. n.* 7.

Serapias ſpiralis. *Scop. Fl. carn. n.* 1125.

Epipactis ſpiralis. *Schmidt. orch. p.* 242.

Habitat in paſcuis gramineis montium. In Sylva Bohemica, & ſubalpinis Sudetorum. Floret Julio, Auguſto. *Perennis.*

OBSERV. Radix. Bulbi tres aut quatuor, teretes, fuſiformes, æquales albidi.

Caulis ſtrictus, ſubtriqueter, uno alterove folio vaginati veſtitus.

Folia radicalia tria aut quatuor, ſucculenta lineari - lanceolata, baſi vaginantia.

Spica longa, gracilis. Bracteæ lanceolatæ, acuminatæ, germinibus longiores. Flores ſpirali - ſecundi, albidi, odori.

Calycis folia tria interiora in canalem coadunata, longa, acuminata, duo lateralia libera.

Corollæ labium inferius basi subdepressum; demum dilatatum, subrotundum, ciliato - crenatum.

Fructificatio exactissime apud *Hallerum* designata.

Descript. *Hall. l. c.* *Follich. hist. pal. n.* 854.

Icon. *Hall. l. c. tab.* 38. *Flor. dan. tab.* 387.

LXXXII. OPHRYS LILIFOLIA. *Tab.* 95.

Ophrys bulbo rotundo; scapo nudo, triquetro; foliis lanceolatis binis; calycis foliis dorsalibus linearibus; corollæ labio integerrimo.

Ophrys bulbo subrotundo, scapo nudo, foliis lanceolatis, nectarii labio integro, petalis dorsalibus linearibus. *Linn. syst.* — *Villars hist. Dauph. II. p.* 47.

Epipactis foliis binis ovatis, bulbis piriformibus vagina cinctis. *Hall. in act. hel. IV. p.* 120. *n.* 8.

Helleborine bifolia radice ovali, cucullo sparso. *Hall. in Comm. Goett.* 1751. *p.* 215. *tab.* 14.

Habitat in paludosis turfosis montium Iseræ majoris fluvii, Auf der Iserwiese. Floret Julio. *Perennis.*

Observ. Bulbus rotundus albidus, tunicis diaphanis, siccis, albidis, vestitus; subtus radix transversa in terram continuata; supra in vaginam diaphanam, siccam, flaccidam, basi turgidam elongatus, scapum & folia cingentem.

Folia radicalia duo lanceolata, acutiuscula, erecta, læte viridia, versus basim in vaginam albidam decurrentia, uninervia.

Spica laxa pauciflora. Bracteæ minutæ, siccæ. Flores quatuor, ex viridi - flavescentes.

Calycis folia patentia, viridi flavescentia; duo exteriora angustissima linearia, interiora tria, oblonga, obtusa.

Corollæ labium erectiusculum, ovatum, integerrimum, sursum cavum, subcrenulatum, flavum.

Epi-

Germen curvum versus basim attenuatum.

Descript. *Hall. l. c.*

Icon. *Hall. l. c. in comm. Goett. tab.* 14. exacte cum nostra planta convenit.

LXXXIII. OPHRYS PALUDOSA. *Tab.* 96.

Ophrys bulbo rotundo; scapo nudo pentagono; foliis apice crenulatis; calycis foliis exterioribus reflexis; corollæ labio integro reflexo.

Ophrys bulbo subrotundo, scapo subnudo pentagono, foliis apice scabris, nectarii labio integro. *Linn. syst.*

Epipactis paludosa. *Schmidt. orch. p.* 245.

Crescit in paludibus, ad piscinas inter Thyphas & Arundines Circuli Pilsnensis circa Planam; rara. Floret Julio, & Augusto. *Perennis.*

Observ. Nemo vitio vertat, ut observationem celeb. *Ehrhardi* huc ponam; quum in confirmationem dictorum sit.

Postamentum filiforme, semiunciale, & unciale.

Folia tria seu quatuor, ovata, alterna, apice crenulata, vaginis inferne postamentum, superne bulbum includentia.

Bulbis fructificans ovalis, postamento insidens.

Scapus nudus, ex apice bulbi, ad basin tantum folio summo paululum vaginatus.

Bulbus junior seu novus, ad basin bulbi fructificantis, foliis propriis involutus, vaginisque maternis circumdatus, cujus postamentum dein præcedentis in modum elongatur, foliaque explicantur, bulbus ipse autem anno sequenti scapum emittit, bulbumque novum parit. *Ehrh. Beitr.* 3. *Band. p.* 70.

Idem observatur in antecedente & sequente.

Descript. *Pollich. hist. pal. n.* 856.

LXXXIV. OPHRYS MONOPHYLLOS. *Tab.* 97.

Ophrys bulbo rotundo; scapo nudo, folio ovato; calycis foliis patentibus; supremo lato, cavo; corollæ labio integro.

OPHRYS bulbo rotundo, ſcapo nudo, folio ovato; nectarii labio integro. *Linn. ſyſt.* —

OPHRYS monophyllos bulboſa. *Loeſel. Fl. pruſſ.* 180. *tab.* 57.

Epipactis folio unico, amplexicauli, ſpica prolixa multiflora. *Hall. hiſt. helv. n.* 1293. *Orch. gen. n.* 9.

Epipactis monophylla. *Schmidt. orch. p.* 245.

Habitat in paludibus turfoſis; ad Salinas Auſchowitzenſes, Seidſchützenſes; ad Kummern. Rara. Floret Junio & Julio. *Perennis.*

OBSERV. Bulbus ut in antecedente; pluribus tunicis laceris veſtitus.

Scapus teres, firmus, pedalis, aphyllus.

Folium radicale unicum, ovatum, acutum, vagina inferne ſcapum amplectens.

Spica elongata multiflora. Bracteæ minutæ. Flores parvi, virideſcentes.

Calycis folia patentia, lateralia linearia, acuta; duo exteriora deflexa; interiora erecta; ſupremum multo latius reliquis, cavum cucullatum.

Corollæ labium inferius dependens, linguæforme, integerrimum obtuſum, viride.

Germen ſubpedicellatum, arcuatum.

DESCRIPT. *Jacq. collect. vol.* 4. *p.* 340. *Hall. l. c.*

ICON. *Jacq. l. c. tab.* 13. *f.* 2. *Hall. l. c. tab.* 36. *Loeſel. l. c. tab.* 57.

LXXXV. OPHRYS MONORCHIS. *Tab.* 98.

OPHRYS bulbo globoſo, nudo; ſcapo ſubnudo; calycis foliis patulis; corollæ labio trifido: laciniis lateralibus transverſis.

OPHRYS bulbo globoſo, ſcapo nudo; nectarii labio trifido cruciato. *Linn. ſyſt.* —

ORCHIS bulbo unico, ſubrotundo, labello cruciformi. *Hall. hiſt. helv. n.* 1262.

ORCHIS

ORCHIS monorchis. *Cranz. ſtirp. auſtr. p.* 478. *Scop. Fl. carn. n.* 1116.

Monorchis, *Rupp. Fl. gen.* 421. *tab.* 2.

Epipactis monorchis. *Schmidt. orch. p.* 246.

Habitat in montanis pratis uliginoſis Sylvæ Bohemicæ. Floret Junio, & Julio. *Perennis.*

OBSERV. Radix. Bulbus unicus, globoſus, nudus, ſolidus, albidus; ſupra fibræ radicales, ſimplices, teretes.

Scapus ſtrictus, palmaris, teres, nudus; interdum folio vaginanti ornatus.

Folia radicalia duo aut tria, ovato - lanceolata, baſi vaginantia.

Spica denſa longa. Bracteæ lanceolatæ, acutæ, germinibus breviores. Flores ex luteo virentes, oblique diſpoſiti, nutantes, odori.

Calycis folia patula: duo lateralia interna baſi denticulo notata, ſupremum ovatum, duo lateralia exteriora lanceolata.

Corollæ labium trifidum; laciniis lateralibus tranſverſim in crucem poſitis, integris, obtuſis; intermedia productiore, acuta.

Germen erectum ad florem in pedicellum incurvum attenuatum.

DESCRIPT. *Pollich. hiſt. palat. n.* 857. *Cranz. l. c. Hall. l. c.*

ICON. *Rupp. l. c. Hall. l. c. tab.* 22. *Flor. dan. tab.* 102. *Loeſel. Fl. pruſſ.* 184. *tab.* 61.

ARACHNITES. *Tab.* 99.

Calyx pentaphyllus, coloratus, foliis tribus exterioribus, majoribus, duobus interioribus minoribus. Corolla bilabiata: labio ſuperiore fornicato, brevi, ſtamina tegente; inferiore pendulo, magno, convexo, baſi fovea cymbiformi exarato. Germen oblongum, rectum, ſulcatum.

LXXXVI. ARACHNITES ALPINA. *Tab.* 100.

ARACHNITES bulbis ovatis; ſcapo nudo; foliis linearibus; calycis foliis conniventibus; corollæ labio ovato, utrique denticulo notato.

Ophrys bulbis ovatis, ſcapo nudo, foliis ſubulatis, nectarii labio indiviſo obtuſo utrique unidentato. *Linn. ſyſt. veget.*

Ophrys radicibus indiviſis; foliis linearibus; ſpica pauciflora labio inferiore ovato, utrinque unidentato. *Schrank. Fl. Salisb. n.* 51.

Orchis radicibus ſubrotundis, labello ovato, utrinque denticulo notato. *Hall. hiſt. helv. n.* 1263.

Orchis graminea. *Cranz. ſtirp. auſtr. p.* 480.

Orchis alpina. *Scop. Flor. carn. n.* 1117.

Epipactis alpina. *Schmidt. orch. p.* 247.

Habitat in Sudetis in dem Teufelsgärtchen; in montibus Bavaricis, auf dem Innergefüld. Floret Julio. *Perennis.*

OBSERV. Radix. Bulbi duo, ovati, pallide flaventes, ſupra radicati. Vagina radicalis truncata, albida, folia & ſcapum involvens.

Scapus ſtrictus, firmus, teres, aphyllus, digitalis, in ſpica flexuoſu..

Folia

Folia radicalia conferta, linearia, semiteretia, succulenta, longitudine scapi.

Spica laxa pauciflora. Bracteæ germinibus longiores, lanceolatæ. Flores flavo - virentes, semierecti.

Calycis folia tria exteriora ovato - lanceolata in galeam conniventia, viridia; duo interiora parva, subulata flava.

Corollæ labium superius breve, acuminatum; inferius ovatum, depressum, integrum, ad basin laterum denticulo notatum, flavum; ad foveam nudum.

DESCRIP. *Hall. l. c. Cranz. stirp. austr. p.* 480.

ICON. *Hall. l. c. tab.* 22. *Flor. dan. tab.* 452. *Jacq. enum. Tab. IX.*

LXXXVII. ARACHNITES MUSCIFLORA. *Tab.* 101.

ARACHNITES bulbis subrotundis; scapo subnudo; calycis foliis interioribus linearibus, coloratis; corollæ labio inferiore trifido: lacinia media elongata emarginato-bifida.

Ophrys (myodes) bulbis subrotundis, scapo folioso; nectarii labio oblongo quadripartito: laciniis duabus mediis elongatis, lanceolatis. *Linn. syst. — Jacq. misc. vol.* 2. *p.* 373.

Orchis radicibus subrotundis, labello sericeo bisulco, brachiolis brevibus subulatis. *Hall. hist. helv. n.* 1265.

Orchis muscaria. *Scop. Fl. carn. n.* 1114.

Orchis musciflora. *Schrank. Fl. Bav. n.* 75.

Epipactis myodes. *Schmidt. orch. p.* 248.

Habitat in pratis montanis Sudetorum, montium Iseræ fluvii, montium Palatinatum versus. Floret Junio & Julio. *Perennis.*

OBSERV. Radix. Bulbi duo, oblongo - rotundati, albidi.

Scapus teres, erectus, spithameus, interdum folio vaginanti ornatus.

Folia radicalia, lanceolata, acutiuscula, lineata, ad basin vaginantia.

Spica laxa, rara. Bracteæ lanceolatæ, convolutæ, longitudine germinum. Flores pauci, remoti. (*)

*) Pulcherrimum naturæ spectaculum, ut, qui minus attentis oculis flores primum intueatur, facile credat, muscas culmo insidere. *Mattusch. Ennum. stirp. Siles. n.* 567.

Calycis folia tria exteriora patentiſſima, ovato - oblonga, obtuſa viridia; duo interiora minora, filiformia, atropurpurea, erectiuſcula.

Corollæ labium ſuperius fornicatum, breve, obtuſum; inferius magnum, dependens, convexum, atro purpureum holoſericeum, tranſverſim macula albida pictum, tripartitum: laciniis lateralibus linearibus, acutis; intermedia ampliſſima, elongata apice emarginato - bifida, acuta.

Descript. *Jacq. miſc. l. c. Hall. hiſt. helv. l. c.*

Icon. *Jacq. icon. rar. tab.* 184. *Hall. l. c. tab.* 24. *Gunn. Fl. norv. t.* 5. *f.* 1.

LXXXVIII. ARACHNITES FUCIFLORA. *Tab.* 102.

Arachnites bulbis ſubrotundis; caule folioſo; calycis foliis patentibus; corollæ labio inferiore lato emarginato, ad foveam barbato; ſuperiore roſtrato.

Ophrys (Arachnites) bulbis ſubrotundis, ſcapo folioſo; nectarii labio lato emarginato appendiculato. *Linn. ſyſt.* —

Ophrys inſectifera. *Pollich. hiſt. pal. n.* 858.

Orchis radicibus ſubrotundis, labello holoſericeo emarginato, appendiculato. *Hall. hiſt. helv. n.* 1266. *Gen. orch. n.* 5.

Orchis arachnites. *Scop. Fl. carn. n.* 1115.

Orchis fuciflora. *Scrank. Fl. Bav. n.* 74.

Epipactis arachnites. *Schmidt. orch. p.* 249.

Habitat in paſcuis herbidis depreſſis ad radices montium verſus Palatinatum; in den Künigſchen Gebürg. Floret Junio & Julio. *Perennis.*

Observ. Radix. Bulbi duo rotundati, albidi, farinoſi.

— Caulis teres erectus, ſemipedalis & ultra, folioſus.

Folia omnia lanceolata, acuminata, ſtriata, baſi vaginantia.

Spica flexuoſa, rara. Bracteæ lanceolatæ, germinibus longiores. Flores ex viridi atropurpurei, pauci, remoti.

Calycis folia tria exteriora latiſſima, oblonga, obtuſa, ex patente reflexa, viridia; duo interiora, patentia, ovato - oblonga, obtuſa, atropurpurea.

Corollæ

Corollæ labium ſuperius fornicatum, roſtratum, acutiuſculum; inferius dependens, latiſſimum, ad latera reflexum, ſubtrilobum, emarginatum, atropurpureum; ad latera foveæ manifeſte barbatum.

Descript. *Hall. l. c. Poll. l. c.*

Icon. *Hall. l. c. tab.* 24.

LXXXIX. ARACHNITES ANTHROPOPHORA. *Tab.* 103.

Arachnites bulbis ſubrotundis; ſcapo ſubnudo; calycis foliis conniventibus; corollæ labio inferiore prælongo, quadrifido: laciniis linearibus.

Ophrys bulbis ſubrotundis, ſcapo folioſo, nectarii labio lineari tripartito: medio elongato bifido. *Linn. ſyſt.*

Orchis radicibus ſubrotundis, ſpica longa, flore inermi, labello peranguſto quadrifido. *Hall. hiſt. helv. n.* 1264.

Orchis anthropophora oreades. *Colum. ecphr. l. p.* 320.

Orchis anthropophora. *Schmidt. orch. p.* 236.

Incolit prata ſylvatica ſubhumida, montana. Ad undas Moldavæ fluvii non procul Raditſch in der Buckowina. Rara. Floret Majo, Junio. *Perennis.*

Observ. Radix. Bulbi duo ſubrotundi, ſoliti, pallide flaventes.

Scapus pedalis teres, ſtrictus, firmus, interdum folio lanceolato vaginanti inſtructus.

Folia radicalia, tria aut quatuor, baſi vaginantia, lanceolata, acuta, lineata, quatuor digitos tranſverſos longa, ſemiunciam lata.

Spica longa, palmaris, laxa, multiflora. Bracteæ lanceolatæ, germinibus breviores. Flores ex purpureo flavicantes, graveolentes.

Calycis folia exteriora ovata, lata, obtuſiuſcula, apice purpurea, in galeam conniventia; duo interiora linearia, minora, purpurea.

Corollæ labium ſuperius obtuſum, breve; inferius longum dependens, peranguſtum, lateribus deflexum, quadripartitum: laciniis linearibus, intermediis productioribus. Fovea depreſſa, poſtice gibba, ſuperius tuberculis duobus pubeſcentibus quaſi clauſa.

Descript. *Hall. l. c.*

Icon. *Hall. l. c. tab.* 23. *Columm. l. c.*

HELLEBORINE. *Tab.* 104.

Calyx pentaphyllus, foliis ſub æqualibus. Corolla bilabiata: labio ſuperiore breviſſimo, erecto, fornicato, ſtamina recipiente; labio inferiore dependente, bifido. Germen ovatum, teretiuſculum, ſulcatum, pedicellatum.

XC. HELLEBORINE NIDUS AVIS. *Tab.* 105.

Helleborine caule aphyllo vaginato; calycinis foliis conniventibus; corollæ labio obliquo: laciniis recurvis; capſulis erectis.

Ophrys bulbis fibroſo faſciculatis, caule vaginato aphyllo, nectarii labio bifido. *Lin. ſyſt.*

Epipactis aphylla, flore inarmi, labello bicorni. *Hall. hiſt. helv. n.* 1290. *Orch. gen. n.* 13.

Epipactis nidus avis. *Schmidt. orch. p.* 241.

Epipactis radicibus faſciculatis, caule vaginis tecto; labio inferiore profunde bifido. *Schrank. Fl. Saliſ. n.* 50.

Creſcit in ſylvis montanis umbroſis; vulgaris. Floret Majo & Junio *Annua.*

Observ. Plurimis inquiſitionibus, tum in loco natali, quum in horto culta, radicem annuam eſſe cenſeo; & omni anno plantas e ſeminibus enaſci. Aliam plantam, dubius pro nova ſpecie proponerem, niſi affinitas omnium partium nimia, & habitus idem eſſet. Conſideretur ergo pro ſola varietate, eſt.

HELLEBORINE SUCCULENTA. *Tab.* 106.

Helleborine caule aphyllo vaginato; calycinis foliis conniventibus; corollæ labio integerrimo, concavo, apice erectiuſculo.

Creſcit

Crescit in montosis sylvaticis ad Thermas Carolinas, in dem schwarzen Wald. Floret Junio.

OBSERV. Tota planta ferruginea est. Radix fibris brevibus, teretibus, rectis, carnosis, fuscis, conglomeratim fasciculata, horizontalis.

Caulis erectus, teres, succulentus, semipedalis, aphyllus; foliis loco vaginis tribus, quatuor acutis apice deustis vestitus.

Racemus longus laxus, rarus. Bracteæ germina non adæquantes, lanceolatæ. Flores fuscescentes.

Calycis folia ovata, acuta, in galeam conniventia.

Corollæ labium inferius concavum, basi latum, versus apicem attenuatum, obtusum, integerrimum, erectiusculum, apice inflexum.

Totus habitus, magnitudo, & color est HELLEBORINES NIDUS AVIS; differt tantum: Radice fibris brevioribus, spica laxiora, corollæ labio inferiore integerrimo.

DESCRIPT. HELLEBORINES NIDUS AVIS est apud *Hall. l. c. Pollich. hist. palat. n.* 853.

ICON. *Flor. Dan. tab.* 181. *Hall. l. c. tab.* 37.

XCI. HELLEBORINE CORALLORRHIZA. *Tab.* 106.

HELLEBORINE caule aphyllo, vaginato; calycis foliis tribus superioribus erecto-conniventibus, lateralibus duobus deflexis; corollæ labio subintegerrimo; capsulis nutantibus

Ophrys bulbis ramosis flexuosis, caule vaginato aphyllo, nectarii labio trifido. *Linn. syst.*

Corallorrhiza. *Hall. hist. helv. n.* 1301. *Gmel. Fl. Sibir.* 1. *p.* 25.

Corallorrhiza Neotia. *Scop. Fl. carn.* 1134.

Epipactis radice tereti, quaquaversus (etiam sursum) ramosa; caule vaginis adpressis; labio inferiore trifido. *Schrank. Flor. Salisb. n.* 53.

Epipactis corallorrhiza. *Cranz. stirp. austr. p.* 464. *Schmidt. orch. p.* 242.

Habitat in Sylvis montosis. Circa arcem Carlstein, St. Ivanum, St. Benignam, Thermas Carolinas, &c. Floret Majo, & Junio. *Perennis.*

Observ. Corollæ labium inferius valde variabile eſt ; quare in diagnoſi *labium ſubintegerrimum* poſui. Modo labium linguæforme planum, modo ad baſin duobus tuberculis notatum ; modo trifidum, tunc obſolete lobatum; hinc bifidum, illinc tantum emarginatum; cæterum calycinis foliis ſemper brevius & obliquum eſt. Calycis folia lanceolata ſunt, duo lateralia inferiora paulo anguſtiora, & ex patente deflexa. Racemus pauciflorus, laxus, floribus erectis, fructibus pendulis.

Descript. *Hall. l. c. Cranz. l. c.*

Icon. *Hall. l. c. tab.* 44. *Flor. dan. tab.* 451. *Gunn. Flor. norv. II. tab.* 6.

XCII. HELLEBORINE OVATA. *Tab.* 107.

Helleborine caule bifolio : foliis ovatis ; calycis foliis conniventibus : ſupremo concavo; corollæ labio inferiore lineari, bifido : laciniis obtuſis.

Ophrys bulbo fibroſo, caule bifolio, foliis ovatis; nectarii labio bifido. *Linn. ſyſt.*

Epipactis foliis binis ovatis, labello bifido. *Hall. hiſt. helv. n.* 1291. *Orch. gen. n.* 12.

Epipactis radice fibroſa; caule bifolio : foliis ovatis; labio inferiore bifido. *Schrank. Fl. Salisb. n.* 88.

Epipactis ovata. *Schmidt. orch. p.* 243.

Habitat in pratis pinguibus, & paſcuis nemoroſis humidis. Ad Thermas Carolinas; in Sylva Bohemica: ad Reichenberg ſub monte Jaſchken copioſiſſime, Pragæ in monte Sion, St. Laurentii. &c. Floret Junio, Julio. *Perennis.*

Observ. Radix multis fibris teretibus, ſimplicibus, albidis conglomerata. Vaginæ duæ, oblique truncatæ, fuſceſcentes.

Caulis ſtrictus, cubitalis & ultra, teres, infra folia obtuſangulus, canaliculatus; ſupra ſquamis tribus, quatuor acutis veſtitus, pubeſcens.

Folia duo oppoſita, ſeſſilia, amplexicaulia, ovata, nervis apice & baſi confluentibus percurſa.

Racemus longus multiflorus, laxus. Bracteæ minimæ acutæ. Flores flavo - virentes.

Calycis folia quatuor lateralia anguſtiora, acutiuſcula incurva; ſupremum ovatum concavum; omnia in galeam connivent.

Corollæ

Corollæ labium inferius dependens, longum, lineare, apice in duas lacinias rectas, obtusas fissum, flavovirens, micans.

Capsulæ obovatæ.

Variat foliis ternis.

Descript. *Hall. l. c. Pollich. hist. palat. n.* 855.

Icon. *Flor. dan. tab.* 137. *Hall. l. c. tab.* 37.

XCIII. HELLEBORINE CORDATA *Tab.* 108.

Helleborine caule bifolio: foliis cordatis; calycis foliis patentibus; corollæ labio inferiore lineari bifido; laciniis acutus, expansis.

Ophrys bulbo fibroso, caule bifolio, foliis cordatis. *Linn. syst.*

Epipactis foliis binis, cordatis, labello bifido, postice bidentato. *Hall. hist. helv. n.* 1292. *orch. gen. n.* 11.

Epipactis cordata. *Schmidt. orch. p.* 244.

Habitat in Sylvis montosis, locis humidis. In Sylva Bohemica, & in monte Jaschken ad Reichenberg copiose. Floret Junio, Julio. *Perennis.*

Observ. Radix fibris longis teretibus, simplicibus fasciculata. Vagina lacera fusca.

Caulis debilis, gracilis, teres, digitalis, glaber, ruffescens.

Folia duo opposita sessilia amplexicaulia, cordata, acuta, tribus nervis confluentibus percursa, atroviridia.

Racemus brevis, pauciflorus, rarus. Bracteæ minimæ, acutæ, ruffæ. Petioli germine breviores. Flores viridi rubelli.

Calycis folia lanceolata, acuta, patentia, e viridi sanguinea.

Corollæ labium inferius dependens, lineare, ruffum, apice bifidum: laciniis acuminatis expansis; interdum basi utrinque dente est notatum; sed hoc non in omnibus observatur.

Capsula subrotunda.

Descript. *Hall. l. c. Jacq. collect. II. p.* 265.

Icon. *Hall. l. c. tab.* 22. *Gunn. Fl. norv.* 2. *tab.* 3. *f.* 6.

SERAPIAS. *Tab.* 109.

Calyx pentaphyllus; foliis duobus exterioribus, tribus interioribus sursum conniventibus. Corolla unilabiata: labio ovato, emarginato, basi excavato. Germen oblongum contortum, pedicellatum.

✲ *Floribus pendulis.*

XCIV. SERAPIAS LATIFOLIA. *Tab.* 110.

Serapias radicibus fibrosis; foliis lato - ovatis amplexicaulibus; calycis foliis ovatis extus villosis; corollæ labio cordiforme acuminato, longitudine calycis.

Serapias bulbis fibrosis, foliis ovatis amplexicaulibus, floribus pendulis. *Linn. syst.*

Serapias radicibus fibrosis; foliis amplexicaulibus ovato - lanceolatis; floribus pendulis; labio lanceolato. *Schrank. Fl. Salisb. n.* 55.

Epipactis foliis amplexicaulibus, ovato - lanceolatis, labello lanceolato. *Hall. hist. helv. n.* 1297.

Epipactis Helleborine. *Cranz. stirp. austr. p.* 467.

Epipactis latifolia. *Schmidt. orch. p.* 250.

Crescit copiose in Sylvis umbrosis montanis. Floret Julio, Augusto. *Peren.*

Observ. Caulis erectus, angulosus, bipedalis, etiam minor.

Folia alterna, basi vaginantia inferiora lato - ovata, obtusiuscula; superiora ovato - lanceolata; omnia basi vaginantia, multis nervis longitudinalibus confluentibus percursa.

Racemus longus, laxus. Bracteæ lanceolatæ, floribus longiores. Flores penduli, virentes.

Calycis folia ovata, concava, extus villosa, subconniventia.

Corollæ

Corollæ labium folia calycina non excedit.

Germina trigona pedicello debili insidentia.

DESCRIPT. *Hall. l. c. Cranz. l. c. Pollich. hist. palat. n.* 859.

ICON. *Hall. l. c. tab.* 40. *Flor. dan. tab.* 811. *Gunn. Fl. norv. tab.* 5. *fig.* 3 — 6.

XCV. SERAPIAS MICROPHYLLA. *Tab.* 111.

SERAPIAS radicibus fibrosis; foliis lanceolatis amplexicaulibus; calycis foliis glabris; corollæ labio acuto, superne lacerulato.

SERAPIAS microphylla. Radix fasciculata. Folia lanceolata, parva. Flores subpenduli. Nectarii labium acutum, acute carinatum, superne lacerulatum. Capsulæ farinoso - pubescentes. *Ehrhard. Beitr.* 4. *p.* 42.

Habitat in sylvis montosis ad St. Ivanum, Carlstein, Thermas Carolinas. Floret Julio. *Perennis.*

OBSERV. Recte acutissimus Ehrhardus hanc a **SERAPIADE LATIFOLIA** distinxit. Nec cultura faciem mutavit.

Caulis est erectus pedalis, nec ultra, angulatus, versus racemum subvillosus.

Folia alterna, disticha, lanceolata, amplexicaulia, brevi vagina instructa.

Racemus brevis, laxus. Bracteæ lineari - lanceolatæ longitudine germinum. Flores subpenduli, secundi, viridi - purpurascentes.

Calycis folia ovato lanceolata, patula, glabra.

Corollæ labium longitudine calycis, ovatum, acutum, superne ad latera lacerulatum.

Germina teretiuscula, subvillosa, breviori petiolo insidentia.

Tota planta antecedente in omnibus suis partibus minor est.

XCVI. SERAPIAS LONGIFOLIA. *Tab.* 112.

SERAPIAS radicibus fibrosis; foliis ensiformi - lanceolatis amplexicaulibus; calycis foliis patulis; corollæ labio plicato, subtrilobo; lobo intermedio emarginato, calyce longiore.

SERAPIAS bulbis fibrofis, foliis enfiformibus feffilibus, floribus pendulis. *Linn. fyft.*

SERAPIAS radicibus fibrofis; foliis enfiformibus; floribus pendulis; labio inferiore obtufo, longitudine calycis, margine undulato. *Schrank. Flor. Salisb. n.* 54.

SERAPIAS PALUSTRIS. *Scop. Fl. carn. n.* 1129.

Epipactis foliis enfiformibus, caulinis, floribus pendulis, labello obtufo, oris plicatis. *Hall. hift. helv. n.* 1296.

Epipactis paluftris. *Cranz ftirp. auft. p.* 462.

Habitat in fylvis montofis umbrofis, & in pratis fylvaticis udis. Floret Julio, Augufto. *Perennis.*

OBSERV. Caulis cubitalis erectus, angulofus, pubefcens, purpurafcens.

Folia alterna, feffilia, amplexicaulia, lanceolata, lateribus internis conniventia, ac fubinde enfiformia.

Racemis longus, laxus. Bracteæ lanceolatæ acuminatæ germinibus breviores. Flores nutantes longius pedicellati, ex albido purpurafcentes.

Calycis folia duo lateralia externa majora; omnia lanceolata, acuta, patula.

Corollæ labium calyce majus latum, albidum, fubtrilobum; lobo medio majore rotundato, plicato - undulato, emarginato.

DESCRIPT. *Pollich. hift. palat. n.* 860. *Hall. l. c.*

ICON. *Hall. l. c. tab.* 39.

✲ ✲ *Floribus erectis.*

XCVII. SERAPIAS ENSIFOLIA. *Tab.* 113.

SERAPIAS radicibus fibrofis; foliis enfiformibus, diftichis; bracteis minutiffimis; calycis foliis exterioribus erectis; corollæ labio, calyce breviore.

SERAPIAS bulbis fibrofis, foliis enfiformibus diftichis, bracteis minutiffimis, floribus erectis: nectarii labio obtufo petalis breviore. *Linn. fyft.*

SERAPIAS GRANDIFLORA. *Pollich. hift. pal. n.* 861. *Flor. dan. tab.* 506.

SE-

Serapias nivea. *Villars. hist. Dauph. II. p.* 52.

Serapias xiphophyllum. *Ehrh. Beitr.* 1. *p.* 185.

Serapias (*grandiflora*) radicibus fibrosis; foliis longé lanceolatis; floribus erectis; labio obtusiusculo, calycinis foliolis breviore. *Schrank. Flor. Salisb. n.* 57.

Epipactis (alba) caule folioso paucifloro, labello articulato, obtuso labro reflexo. *Cranz. stirp. aust. p.* 460.

Epipactis caule paucifloro, lineis obtusi labelli levibus. β. Foliis ensiformibus. *Hall. hist. helv. n.* 1298.

Epipactis ensifolia. *Schmidt. orch. p.* 252.

Habitat in sylvis montosis; circa Zbirow & St. Benignam vulgaris. Floret Junio, Julio. *Perennis.*

Observ. Caulis erectus angulatus, pedalis & ultra.

Folia alterna disticha, amplexicaulia, longa, lineari - lanceolata, lateribus sursum complicata, ac subinde ensiformia, erecta, striata.

Racemus laxus pauciflorus. Bracteæ minutæ. Flores tres, quatuor, raro plures, albi. Interdum caulis terminatur flore solitario.

Calycis folia lanceolata acuta erecta, duo lateralia exteriora paulo majora.

Corollæ labium calyce brevius, erectum, acutiusculum, plicatum.

Descript. *Hall. l. c. Pollich. l. c. Cranz. l. c.*

Icon. *Flor. dan. tab.* 506.

XCVIII. SERAPIAS GRANDIFLORA. *Tab.* 114.

Serapias radicibus fibrosis; foliis lanceolatis; floribus axillaribus erectis, calycis foliis erectis interioribus obtusis; corollæ labio calyce breviore, cavo, obtuso, erecto.

Epipactis caule paucifloro, lineis in obtuso labello levibus. Varietas latifolia, foliis ovato - lanceolatis. *Hall. hist. helv. n.* 1298. *α.* ? Icon nostræ plantæ simillima.

Habitat in sylvis montosis. In Sylva Bohemica versus Palatinatum superiorem. Floret Junio, & Julio. *Perennis.*

OBSERV. Radix fibris craſſis, teretibus, ſimplicibus, longis ſordide flaventibus conſtat.

Caulis ſemipedalis erectus obtuſangulus, ſubtetragonus, durus, ad flores flexuoſus.

Folia caulina vaginantia, ut infima ſolas vaginas turgitas forment; floralia ſeſſilia, lanceolata, ſemiſupinata; ſenſim minora & anguſtiora, ut ſuprema linearia vix germine æqualia ſint.

Flores ex axillis foliorum ſub ſubſeſſiles, ex omnibus Serapiadibus maximi, purpurei, erecti.

Calycis folia lata ovato - oblonga, erecta, duo exteriora acuta, tria interiora obtuſa.

Corollæ labium latum, cavum, obtuſum, plicatum, erectum, calyce brevius.

Germina trigona, pubeſcentia.

ICON. *Hall. l. c. tab.* 41.

XCIX. SERAPIAS LANCIFOLIA. *Tab.* 115.

SERAPIAS radicibus fibroſis; foliis ovato - lanceolatis, diſtichis; floribus axillaribus; calycis foliis erectis; corollæ labio emarginato, patulo, calyce breviore.

SERAPIAS bulbis fibroſis, foliis ovato - lanceolatis, bracteis longitudine capſulæ, floribus erectis, nectarii labio obtuſo petalis breviore. *Linn. ſyſt. veg.*

SERAPIAS LONCHOPHYLLUM. *Ehrh. Beitr.* 1. *p.* 185. *Schrank. Fl. Bav. n.* 94.

Epipactis lancifolia. *Schmidt. orch. p.* 252.

Habitat in ſylvis montoſis umbroſis. In Sylva Bohemica, ſubalpinis Sudetorum; circa Friedland, &c. Floret Junio, Julio. *Perennis.*

OBSERV. Caulis erectus flexuoſus, angulatus.

Folia caulina, ovato - lanceolata, ſeſſilia, erecta, diſticha, ſemiſupinata, ſtriata, ut latus verſus caulem reſpiciat; ſenſim minora; ſumma linearia recurvata, capſulis tamen longiora.

Flores ex axillis foliorum, remoti, pauci, obliqui, albidi.

Caly-

Calycis folia lanceolata, acuta, erecta, apice carnea duo exteriora paulo latiora.

Corollæ labium obliquum, tribus lineis eminentioribus percurſum, obſolete emarginatum; calyce brevius.

Capſulæ trigonæ, ſubſeſſiles

C. SERAPIAS RUBRA. *Tab.* 116.

Serapias radicibus fibroſis; foliis enſiformibus, diſtichis; calycis foliis erecto-patulis; corollæ labio undulato, acutiſſimo; bracteis floribus longioribus.

Serapias bulbis fibroſis; foliis enſiformibus, floribus erectis: nectarii labio acuto. *Linn. ſyſt.*

Serapias radicibus fibroſis; foliis enſiformibus erectis; labio lanceolato: margine undulato. *Schrank. Fl. Salisb. n.* 56.

Serapias longifolia. *Scop. Fl. carn. n.* 1126.

Epipactis caule paucifloro, lineis acuti labelli undulatis. *Hall. hiſt. helv. n.* 1299.

Epipactis purpurea. *Cranz. ſtirp. auſtr. p.* 457.

Epipactis rubra. *Schmidt. orch. p.* 253.

Habitat in pratis montanis udis. Copioſiſſime circa Reichenberg & Friedland. Floret Junio, Julio. *Perennis.*

Observ. Caulis erectus, angulatus, ſulcatus, interdum contortus, firmus.

Folia longa, lanceolata, acuta, lateribus ſurſum complicata, aut ſemiſupinata, ac ſubinde enſiformia, ſeſſilia, amplexicaulia, longitudinaliter ſtriata, ac ſulcata.

Racemus pauciflorus laxus, erectus. Bracteæ lineares, floribus longiores. Flores erecti breviter pedicellati, purpurei, rubri, aut carnei.

Calycis folia lanceolata acuminata, erecto-patentia, purpurea extus pubeſcentia.

 Corol-

Corollæ labium lanceolatum, acutiſſimum, deflexum, margine & ſupra lineis undulatum.

Germina pubeſcentia.

Varietatem floribus pedicellis longioribus tenuibus inſtructis, ac ſubinde pendulis, in montibus ad limites Palatinatus obſervavi.

Descrip. *Pollich. hiſt. palat. n.* 862. *Hall. l. c.*

Icon. *Hall. l. c. tab.* 42. *Flor. dan. tab.* 345.